

ALGUNAS CONSIDERACIONES Y MATERIALES PARA ABORDAR LA ENSEÑANZA DEL LATÍN SEGÚN UNA METODOLOGÍA HÍBRIDA

CRISTÓBAL MACÍAS

Universidad de Málaga

cmacias@uma.es

Resumen

En este trabajo se presenta una buena parte de los materiales elaborados y aplicados durante el Proyecto de Innovación Educativa (PIE009-2013) «Empleo del método inductivo-contextual en la enseñanza de las lenguas clásicas», desarrollado en la Universidad de Málaga durante el bienio 2013-2015. El hecho de mezclar actividades y estrategias didácticas del método activo y del método gramática-traducción nos lleva a definir el nuestro como un «método híbrido», que creemos que puede ser una buena forma de iniciarse en la metodología activa para todos aquellos docentes que hasta ahora han mostrado sus reticencias a tal metodología.

Palabras clave

Método activo, método gramática-traducción, método híbrido, enseñanza de las lenguas clásicas.

Abstract

In this paper we present a good part of the materials developed and implemented in the Educational Innovation Project (PIE009-2013), named «Using the inductive-contextual approach in teaching classical languages», created at the University of Malaga during the biennium 2013-2015. We have established our methodology that we define as a «hybrid approach» by mixing activities and resources from active and grammar-translation approaches. We believe that this scheme can be a good way to get those teachers who have hitherto shown their reluctance to this approach started in the so-called active method.

Key words

Active approach, grammar-translation approach, hybrid methodology, teaching of classical languages.

1. Introducción

Los pasados días 21 a 23 de septiembre de 2015 se celebraron en Málaga unas «Jornadas de Innovación Didáctica en Latín y Griego», de las que ya informamos puntualmente a través del [blog de la Delegación de Málaga de la SEEC](#).

La celebración de estas Jornadas coincidió con la finalización del Proyecto de Innovación Educativa (PIE009-2013) denominado «Empleo del método inductivo-contextual en la enseñanza de las lenguas clásicas», proyecto que hemos coordinado durante el bienio 2013-2015, en el que han participado sobre todo profesores de Latín y Griego de la Universidad de Málaga, junto con un compañero perteneciente al ámbito de la Enseñanza Secundaria y el Bachillerato¹, y que era continuación de otro Proyecto similar, el PIE10-005, que estuvo vigente durante el bienio 2010-2012.

Ambos Proyectos tenían como objetivo fundamental elaborar y aplicar materiales para la enseñanza del latín en el primer curso de los Grados de Hispánica, Historia y Clásica, donde coincidían una serie de circunstancias que no favorecían precisamente la enseñanza de una materia como la nuestra, como fuerte reducción del número de horas presenciales de las diferentes asignaturas, al tratarse en todos los casos de materias cuatrimestrales; grupos con un alumnado numeroso y muy heterogéneo, donde había un alto porcentaje que nunca había cursado lengua latina —en el caso de Hispánica, en el último bienio, casi un 40%; en el caso de Historia, más de un 70%; y en el caso de Clásica, casi un 25%—, junto a otros que, habiéndola cursado, presentaban un nivel muy deficiente; en algunos casos, como en los grupos del Grado de Historia, escaso o nulo interés por el aprendizaje de asignaturas de sesgo más lingüístico.

Una amplia muestra de los materiales elaborados durante el PIE10-005 fue publicada ya en el nº 3 de la revista *Thamyris, nova series* bajo el título [«La aplicación del método inductivo-contextual a la enseñanza del latín en el ámbito universitario: una experiencia»](#), donde además dimos una detallada explicación de la metodología seguida a la hora de elaborar y poner en práctica dichos materiales.

Cualquiera que conozca los materiales incluidos en el referido trabajo sabe que, aunque en esencia se diseñaron siguiendo el método inductivo-

¹ En concreto, las profesoras Victoria E. Rodríguez Martín, Gema Senés Rodríguez y Delia Macías Fuentes, de Filología Latina; Juan Fco. Martos Montiel y Raúl Caballero Sánchez, de Filología Griega; y José Manuel Ortega Vera, que ha aplicado estos materiales en el ámbito de Secundaria y Bachillerato.

contextual, incluye actividades «poco ortodoxas» de acuerdo con los principios de dicho método, como traducción de pequeños fragmentos de los textos latinos que constituyen la base de cada *capitulum* escogidos por su dificultad morfosintáctica, traducción inversa español-latín, análisis y traducción de formas nominales y verbales, etc., junto a otras más propias de una metodología activa, como breve resumen del texto del capítulo —es verdad que habitualmente hecho en español, aunque siempre ha habido casos de alumnos de nivel más alto que lo hacían en latín—, definición de términos en latín de acuerdo con el léxico aprendido en el *capitulum* de que se trate, responder en latín a preguntas planteadas en esa misma lengua, una suerte de verdadero o falso que ha de responderse necesariamente en lengua latina o los clásicos ejercicios de rellenar huecos, con todos los cuales se pretendía ampliar la para nosotros excesivamente reducida tipología de los *pensa* orberguianos. Asimismo, no debemos olvidar que en esos materiales los textos de los *capitula* son una adaptación de los correspondientes del volumen de *Familia Romana* de Orberg, con idea de reducirlos y hacerlos más manejables y dinámicos.

Durante las Jornadas de Málaga, el primer día, el 21, cinco de los miembros del PIE009-2013, expusimos en una mesa redonda nuestra experiencia con los materiales que habíamos elaborado, explicando en detalle cómo a menudo nos veíamos obligados a potenciar más unas actividades que otras e incluso a añadir algunas no programadas inicialmente según el interés de los diferentes grupos —así, en el Grado de Historia, es habitual recurrir a explicaciones en español de los aspectos de *realia* o de cultura clásica que se tratan en los diversos *capitula*, dado que por el perfil del alumnado les interesa esto más que una explicación lingüística o gramatical más profunda—.

Por mi parte, como coordinador del Proyecto y responsable de la aplicación de los materiales en el Grado de Hispánica, quise insistir en un concepto que define muy bien la orientación metodológica seguida durante todos estos años, lo que denominamos como el *método híbrido*.

En efecto, en nuestro caso, desde que empezamos a trabajar en el marco de los dos Proyectos de Innovación arriba mencionados, tuvimos muy claro que un acercamiento exclusivamente basado en el método *gramática-traducción* estaba condenado al fracaso, dada precisamente la falta de conocimientos gramaticales y de hábitos de traducción de una parte muy importante de nuestros alumnos. Por su parte, aunque el método activo nos había demostrado ser el más eficaz para acercar la enseñanza de la lengua latina a alumnos de nivel inicial, contaba con diversos inconvenientes al menos en el nivel universitario en el que nos hemos movido: como dificultades para adaptarse a la metodología activa por parte de los alumnos que venían del método tradicional, textos excesivamente extensos, con demasiadas repeticiones de estructuras y contenidos que muchos alumnos consideraban «pueriles», exigencia de más explicaciones gramaticales por parte de muchos alumnos, progresión muy lenta si se optaba

por impartir toda la clase en lengua latina, tanto para la lectura y comprensión de los textos como para explicar la gramática, etc.

Por ello, desde el momento en que nos tomamos en serio la tarea de adaptar el material de *Familia Romana* para la enseñanza del latín en el primer curso de los grados universitarios donde la lengua latina tenía presencia, tuvimos claro que, aunque en esencia defendíamos la mayoría de los presupuestos de un método activo —en particular, aumentar la competencia oral de los alumnos mediante la lectura continuada en latín de los textos objeto de trabajo o bien a través de pequeños diálogos; favorecer el aprendizaje activo del léxico visto en los textos, así como la tarea de componer *sententiae* con sentido y respeto a la gramática, prescindiendo lo más posible del uso del diccionario (que no se emplea en clase ni por supuesto en los exámenes); incluir actividades que favorecieran la comprensión de los textos, incluso aunque para ello la mayoría de los alumnos se sirvieran de la lengua española, etc. —, no queríamos prescindir de otras actividades claramente «tradicionales» pero que estimamos útiles, como pequeños ejercicios de traducción latín-español y español-latín, análisis y traducción de formas nominales y verbales; ejercicios de paso de oraciones latinas de singular a plural o plural a singular, o de activa a pasiva, entre otros. Por supuesto, en esta apuesta por el sincretismo o la hibridación, aunque no renunciamos a servirnos del latín como lengua vehicular en clase, la mayoría de las explicaciones las hemos hecho en español.

Pero cuando hablamos de «método híbrido» no nos quedamos en esta forma particular de afrontar la enseñanza del latín que venimos describiendo. En los grupos de Clásica en los que impartimos docencia, dado que la mayoría de los alumnos se han formado en el método gramática-traducción, seguimos manteniendo los mismos objetivos y esquemas metodológicos del llamado «método tradicional», aunque incorporamos ciertos elementos del método activo, como preguntas en latín sobre el texto que se acaba de traducir, que obviamente hay que contestar también en latín; definición en latín de nombres propios o de términos relativos a *realia* vistos en los textos y, en ciertos casos, resumen en latín del texto que se acaba de hacer, empleando única y exclusivamente el vocabulario visto en ese texto o en el *corpus* textual trabajado hasta el momento. Además, algunos años hemos exigido a los alumnos traducción sin diccionario de los textos vistos en clase, en los que, para tratar de evitar que se los aprendan de memoria (empresa ardua donde las haya), incluimos pequeñas variaciones de léxico y estructuras sobre los textos realmente vistos.

Pensando en el profesorado de Secundaria que debe afrontar la tarea de preparar a sus alumnos para superar los textos de Selectividad, en vez de depender exclusivamente del diccionario, ¿por qué no crear un *corpus* de los textos que se vayan a trabajar con los alumnos durante el curso y luego introducirlos en el programa *Collatinus*², con idea de darles todo el

² Sobre el uso de este programa informático, cf. Carlos Vilorio de la Torre, «*Collatinus*: un software de análisis y traducción latina», *Estudios Clásicos*, 46, n.º 126 (2004) 97-103; Yves

vocabulario presente en dichos textos? Se trataría de prescindir del diccionario para trabajar con más profundidad los aspectos morfosintácticos y sobre todo léxicos de los textos objeto de estudio, donde además cabría diseñar un buen número de actividades de comprensión y producción de enunciados en latín siguiendo una metodología activa, sin renunciar a la traducción, claro está.

Evidentemente, cuando hablamos de una metodología híbrida, somos conscientes de que nos hemos inventado nada nuevo, puesto que este procedimiento de emplear actividades pertenecientes a métodos incluso contrapuestos son muchos los profesores que lo aplican en su práctica diaria³, como, por ejemplo, cuando se ven obligados a pasar de la metodología inductiva-contextual seguida con sus alumnos en 4º de la ESO y 1º de Bachillerato a un método más «tradicional» para enseñarles a trabajar el tipo de textos que les exigen en Selectividad, donde deben aprender el manejo del diccionario o a llevar a cabo el tipo de análisis morfosintáctico habitual en dicha prueba⁴.

Ouvrard, «*Collatinus*, lemmatiseur et analyser morphologique de la langue latine», *ELA: Études de Linguistique Appliquée: revue de didactologie des langues-cultures et de lexiculurologie*, 158 (2010) 223-230; Marie-Anne Bernolle, «*Collatinus*: utilisation didactique et usage pédagogique», *ELA*, 158 (2010) 231-240; Yves Ouvrard & Philippe Verkerk, «*Collatinus*, un outil polymorphe por l'étude du latin», *Bulletin Du Cange*, 72 (2014) 305-312. Una magnífica versión online del programa se puede encontrar en <<http://collatinus.educarex.es/>>, donde después de introducir en la pantalla el texto latino que hay que lematizar y escoger la lengua en que se quiere obtener la lematización, bastará con pulsar en *Mitto* para obtener el léxico completo, con su análisis morfológico, si así se selecciona.

³ Cf. Gala López de Lerma, *Análisis comparativo de metodologías para la enseñanza y el aprendizaje de la lengua latina*, Tesis doctoral, Universitat de Barcelona, 2015, quien, a partir de una serie de encuestas llevadas a cabo entre un total de 186 profesores españoles de Clásica de Enseñanza Secundaria y Bachillerato, obtiene algunos datos bastante reveladores respecto al tema de esto que llamamos «método híbrido»: así, en pág. 183 se afirma, a partir de tales encuestas, que un 45% de los profesores entrevistados afirma emplear una mezcla del método gramática-traducción y del método inductivo-contextual o, directamente, materiales propios —frente a un 47% que dice usar sólo el método gramática-traducción y un escaso 8% que usa sólo el método inductivo-contextual—; asimismo, en pág. 196, en relación a la mezcla de métodos, los profesores que practican esta metodología dicen que lo hacen para buscar una «mezcla atractiva». Sobre los contenidos de esta interesante tesis remitimos a la amplia reseña que su autora ha redactado para este número de *Thamyris*.

⁴ En la pág. 196 de la tesis ya referida en la nota anterior se afirma precisamente que la mayoría de los profesores que siguen una mezcla de métodos emplea el método Ørberg en cuarto de ESO y primero de Bachillerato, mientras que emplean el tradicional para preparar la prueba de Selectividad. De otro lado, sobre esta cuestión del cambio del método activo al tradicional en 2º de Bachillerato se basó la ponencia de uno de los miem-

Pues bien, como en las Jornadas de Innovación Didáctica presentamos a los asistentes, en su mayoría profesorado de Secundaria y Bachillerato, sólo una parte del material con el que venimos trabajando, y ante el interés mostrado por muchos de ellos, en este artículo vamos a incluir en Anexo tres tipos de materiales que ilustran perfectamente nuestra metodología híbrida, que, en realidad, es nuestra particular forma de «animar» a los más recalcitrantes, a los que aún muestran sus dudas y reticencias respecto a la metodología activa, para que se decidan a dar el paso e incluyan en su quehacer docente aspectos concretos de este método:

- Anexo I: textos adaptados y actividades de los 19 primeros *capitula* del volumen *Familia Romana*⁵. En su mayor parte, este material ya se incluyó en el artículo mencionado más arriba del nº 3 de *Thamyris*, si bien se han corregido erratas, se han hecho pequeñas modificaciones y añadidos al texto de algunos capítulos y se han modificado y añadido algunas actividades. Son completamente nuevos los capítulos 16 a 19.
- Anexo II: textos extraídos de las *Fabellae Latinae* orberguianas, a veces con pequeñas adaptaciones, acompañados de actividades. Estos textos se han usado en un *Curso 0 de Latín* que se ha impartido durante este curso 2015/2016 por parte de la profesora Aurora Barrientos.
- Anexo III: textos extraídos de las *Fabulae Syrae* de Miraglia⁶ y del volumen II, *Roma Aeterna*, de Orberg, que se trabajan según una metodología tradicional —el objetivo fundamental es la traducción—, si bien se incluyen algunas actividades de metodología activa.

En fin, confiamos en que los materiales que aquí ponemos a disposición de todos los profesores interesados puedan resultarles útiles. No constituyen más que la particular versión de un grupo de docentes que, ante el cada vez más vivo debate sobre la mejor metodología que debemos aplicar en nuestras clases, han apostado por buscar una vía intermedia entre las dos metodologías hasta ahora consideradas contrapuestas: la *gramática-traducción* vs. *metodología activa*.

bros de nuestro proyecto, el profesor José Manuel Ortega Vera, titulada «[Segundo de Bachillerato y el método Oerberg](#)», pronunciada el día 22 de septiembre de 2015.

⁵ Hans H. Ørberg, *Lingua Latina per se illustrata, Pars II: Roma Aeterna*, Domus Latina, Grenaa (Dinamarca), 2003.

⁶ Luigi Miraglia, *Fabulae Syrae: Graecorum Romanorumque Fabulae ad usum discipulorum Latine narratae*, Edizioni Accademia Vivarium novum, Roma, 2010.

ANEXO I

CAPITVLVM I

IMPERIUM ROMANUM

Roma in Italia est. Italia in Europa est. Graecia quoque in Europa est. Italia et Graecia in Europa sunt. Aegyptus in Europa non est, sed in Africa. Syria in Africa non est, sed in Asia. Gallia et Britannia in Asia non sunt, sed in Europa.

Estne Gallia in Europa? Ita, Gallia in Europa est. Estne Roma in Gallia? Non, Roma in Gallia non est. Ubi est Roma? Roma est in Italia. Ubi est Italia? Italia in Europa est. Estne Nilus in Europa? Non, Nilus in Europa non est. Ubi est Nilus? Nilus in Africa est.

Ubi est Rhenus? Rhenus in Europa est. Quid est Rhenus? Rhenus fluvius est. Quid est Nilus? Nilus quoque fluvius est. Rhenus et Nilus fluvii sunt. Nilus fluvius magnus et longus est; Danuvius quoque fluvius magnus et longus est. Nilus et Danuvius fluvii magni et longi sunt. Tiberis non est fluvius magnus, sed parvus. Rhenus non est fluvius parvus, sed magnus.

Corsica insula est. Sardinia et Sicilia quoque insulae sunt. Quomodo est Corsica? Corsica insula magna est. Quomodo est Melita? Melita insula parva est. Corsica et Sardinia et Sicilia insulae magnae sunt, sed Melita insula parva est.

Brundisium oppidum est. Brundisium et Tusculum oppida sunt. Sparta quoque oppidum est. Ubi est Brundisium? Brundisium in Italia est. Tusculum quoque in Italia est. Estne Brundisium fluvius? Non, Brundisium fluvius non est, sed oppidum. Quomodo sunt Brundisium et Tusculum? Brundisium oppidum magnum, sed Tusculum oppidum parvum est. Ubi est Sparta? Sparta in Graecia est. Sparta oppidum Graecum est.

Num Creta oppidum est? Non, Creta oppidum non est. Quid est Creta? Creta insula est. Estne Creta insula magna an parva? Creta insula magna est. Num Sparta insula est? Non, Sparta non est insula. Quid est Sparta? Sparta oppidum est. Estne Sparta oppidum Romanum an Graecum? Sparta oppidum Graecum est.

Quid est nomen tibi? Nomen mihi est Antonius. Esne Hispanus? Ita, Hispanus sum, sed in Hispania non habito. Ubi nunc es? Nunc in Gallia sum. Qui estis? Aulus et Secunda sumus, nomen nobis est Aulus et Secunda. Estisne Graeci? Non, Graeci non sumus, sed Romani. Romae habitamus, sed in Hispania et in Africa saepe sumus. Illi sunt Aristarchus et Syrus. Suntne illi Romani an Graeci? Illi Graeci sunt, sed in Graecia non habitant. Nunc illi non sunt in Europa, sed in Africa.

I et II numeri sunt; III et IV quoque numeri sunt. I et II parvi numeri sunt; C magnus numerus est. A et B litterae sunt. A littera prima alphabeti est et B littera secunda. *Fluvius* vocabulum Latinum est; quoque *oppidum*; *fluvius et oppidum* vocabula Latina sunt. In vocabulo *insula* sex litterae et tres syllabae sunt; in vocabulo *non* sunt tres litterae et una *syllaba*.

1. Haga la lectura comprensiva del texto.
2. Conteste en latín a las preguntas siguientes:
 - 2.1. *Estne Nilus insula? Ubi est Nilus?*
 - 2.2. *Quid est Rhenus? Rhenus in Asia est?*
 - 2.3. *Malaca oppidum an insula est?*
 - 2.4. *Num Danuvius insula est?*
 - 2.5. *Ubi sunt Hispania et Italia?*
 - 2.6. *Quid est nomen tibi? Esne Hispanus an Romanus?*
 - 2.7. *Habitasne Romae an Malacae?*

- 2.8. *Il numerus Romanus magnus an parvus est?*
- 2.9. *Sumusne in Italia?*
- 2.10. *Estisne in Gallia?*
3. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
- 3.1. *Vocabulum insula Latinum non est, sed Graecum.*
- 3.2. *Nilus oppidum parvum est.*
- 3.3. *In vocabulo oppidum tres syllabae sunt.*
- 3.4. *Creta insula Romana non est, sed Graeca.*
- 3.5. *Brundisium et Tusculum insulae Graecae sunt.*
- 3.6. *Tiberis fluvius Romanus non est, sed Hispanus.*
- 3.7. *Aristarchus Graecus non est, sed Africanus.*
- 3.8. *Aulus et Secunda Romani non sunt, sed Germani.*
4. *Complete los huecos con la terminación correcta:*
- 4.1. *Malaca oppid ___ Hispan ___ est.*
- 4.2. *Malaca et Gades oppid ___ Hispan ___ sunt.*
- 4.3. *Melita insul ___ magn ___ non est, sed parv ___.*
- 4.4. *Sicilia et Corsica insul ___ parv ___ non sunt, sed magn ___.*
- 4.5. *In Germania fluvi ___ magn ___ et long ___ sunt.*
- 4.6. *Nilus fluvi ___ long ___ est.*
- 4.7. *Hispan ___ sum; Roman ___ es; Hispan ___ sumus; Roman ___ estis.*
5. *Escriba las siguientes frases en plural:*
- 5.1. *Insula Graeca magna et longa est.*
- 5.2. *Imperium Romanum magnum est.*
- 5.3. *Hispanus sum; Hispana es.*
- 5.4. *Fluvius parvus est.*
6. *Escriba las siguientes frases en singular:*
- 6.1. *Oppida Graeca parva sunt.*
- 6.2. *Insulae Hispanae magnae sunt.*
- 6.3. *Fluvii longi et magni sunt.*
- 6.4. *Galli estis, non Graeci.*
- 6.5. *Hispani sumus, non Germani.*
7. *Rellene el hueco con la palabra que falta:*
- 7.1. *_____ nomen est _____? Nomen _____ est Aulus.*
- 7.2. *_____ est Malaca? Malaca oppidum _____.*
- 7.3. *_____ est Malaca, magna an parva?*
- 7.4. *_____ es? Romae.*
- 7.5. *Illi Graeci non _____, _____ Hispani.*
- 7.6. *C _____ Romanus est.*
- 7.7. *A prima _____ alphabeti est.*
- 7.8. *In vocabulo insula sex _____ et tres _____ sunt.*

CAPITVLVM II

IULIUS ET FAMILIA SUA

Salve, quid est nomen tibi? Iulius. Ut vales? Non male. Ubi habitas? Romae, Romanus sum. Esne tu maritus an caelebs? Maritus sum. Feminam habeo. Quid est nomen feminae tuae? Aemilia. Habesne liberos? Habeo. Quot liberos habetis? Tres liberos, duos filios et unam filiam.

Iulius vir Romanus est. Aemilia, femina eius, quoque Romana est. Iulius et Aemilia Romani sunt, quia Romae habitant. Iulius et Aemilia duos filios et unam filiam habent. Filii eorum Quintus et Marcus sunt; filia eorum Iulia est. Quintus et Marcus viri non sunt, sed pueri; Iulia femina non est, sed puella. Quintus et Marcus filii Iulii et Aemiliae sunt; Iulia filia eorum quoque est.

Quis est Iulius? Iulius vir Aemiliae est, quoque pater Marci et Quinti et Iuliae. Quae est Aemilia? Aemilia femina Iulii est, quoque mater Marci et Quinti et Iuliae. Quis est Marcus? Marcus filius Iulii et Aemiliae est, quoque puer Romanus.

Estne Medus filius Iulii? Non, Medus filius Iulii non est, sed servus eius. Estne Delia filia Aemiliae? Non, Delia filia Aemiliae non est, sed ancilla. *Ancilla* vocabulum Latinum est et significat serva. *Serva* est vocabulum Latinum generis feminini; servus est quoque vocabulum Latinum, sed generis masculini. Syra est quoque serva aut ancilla. Cuius ancilla est Syra? Syra Aemiliae ancilla est. Davus quoque servus est. Cuius servus est Davus? Davus Iulii servus est.

Iulius servus non est, sed dominus; Aemilia serva non est, sed domina. Iulius et Aemilia multos servos et multas ancillas habent. Quot servi sunt in familia Iulii et Aemiliae? In familia Iulii et Aemiliae triginta servi sunt. Et quot servae? Viginti servae. Iulius dominus multorum servorum est; Aemilia quoque domina multarum servarum est.

Medus Graecus, non Romanus est. Delia Graeca, non Romana est. In familia Iulii et Aemiliae sunt multi servi Graeci et multae servae Graecae.

Quis est Cornelius? Cornelius dominus Romanus est, amicus Iulii. Ubi habitat Cornelius? Cornelius non Romae, sed Tusculi habitat. Quot liberos Cornelius habet? Cornelius unum filium et duas filias habet. Quot servi et ancillae sunt in familia Cornelii? In familia Cornelii tres servi et quattuor ancillae sunt. Cornelius dominus paucorum servorum et ancillarum est.

1. Haga la lectura comprensiva del texto.

2. Defina en latín los términos siguientes: *Iulius, Aemilia, Quintus, Davus, Cornelius*.

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *¿Cómo te llamas? Julio. ¿Dónde vives? En Roma. ¿Eres romano o Hispano? Romano. ¿Cuántos hijos tienes? Dos niños y una niña.*

3.2. *¿Cómo te llamas? Emilia. ¿Tienes hijos? Sí. ¿Cuántos hijos tienes? Tres. Vives en Roma o en Málaga? En Roma. Soy romana.*

4. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Quot liberos Aemilia et Iulius habent?*

4.2. *Cuius femina est Aemilia?*

4.3. *Num Quintus est filius Cornelii?*

4.4. *Quae est mater Marci et Quinti et Iuliae?*

4.5. *Nonne Delia est ancilla Aemiliae?*

4.6. *Cuius generis vocabulum serva est?*

4.7. *Estne Davus servus Cornelii?*

- 4.8. *Quot servas Aemilia habet, multas an paucas? Et Cornelius?*
- 4.9. *Esne maritus an caelebs? Si maritus, quot liberos habes?*
5. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
- 5.1. *Cornelius est vir Graecus, filius Iulii.*
- 5.2. *Medus et Delia Romani non sunt, sed Graeci.*
- 5.3. *Aemilia est serva Syrae, et Syra est femina Iulii.*
- 5.4. *Iulius et Aemilia tres liberos habent.*
- 5.5. *Servus vocabulum neutrum est.*
- 5.6. *Iulia filia Aemiliae non est, sed ancilla eius.*
- 5.7. *Cornelius caelebs est.*
6. Complete los huecos con la terminación correcta:
- 6.1. *Iulia fili ___ Aemili ___ est.*
- 6.2. *Aemili ___ femin ___ Roman ___ est.*
- 6.3. *Med ___ servus Iuli ___ est.*
- 6.4. *Mult ___ ancill ___ Graec ___ in familia Iulii sunt.*
- 6.5. *Dav ___ et Med ___ serv ___ Iulii sunt.*
- 6.6. *Aemilia mult ___ ancill ___ domina est.*
- 6.7. *In familia Corneli ___ non mult ___ serv ___ sunt, sed pauc ___.*
7. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *servus, serva, vir, amicus, filius, filia, servi, servorum, servae, servarum, viri, virorum, amici, amicorum.*
8. Escriba las siguientes frases en plural:
- 8.1. *Maritus sum.*
- 8.2. *Salve, filius Iulii et Aemiliae non es?*
- 8.3. *Familia Romana magna est.*
- 8.4. *Esne ancilla an domina?*
9. Escriba las siguientes frases en singular:
- 9.1. *Servae Graecae in familia Romana sunt.*
- 9.2. *Salvete, estisne Iulii amici Romani?*
- 9.3. *Domini Romani servos Graecos habent.*
- 9.4. *Domini Romani servi sumus.*
10. Rellene el hueco con la palabra que falta:
- 10.1. ___ liberos Iulius et Aemilia habent?
- 10.2. ____, Iuliusne es?
- 10.3. _____ filius est Marcus? Ille ___ et _____ filius est.
- 10.4. *Iulius dominus multorum _____ est.*
- 10.5. *Quinti et Marci _____ Aemilia est.*
- 10.6. _____ est Syra? Serva Aemiliae est.

CAPITVLVM III

MARCUSNE PUER IMPROBUS EST?

Salve, Iulia! Esne Graeca an Romana? Romana sum, quia Romae habito. Habesne fratres sororesve? Duos fratres habeo, sed nullam sororem. Qui domi tuae habitant? Parentes et fratres et magnus numerus servorum. Quot annos natus est pater tuus? Quadraginta annos natus, credo. Et mater tua? Tantum triginta annos nata. Et tu? Quinque annos, sed fratres mei Marcus et Quintus maiores natu sunt quam ego.

Iulia, filia Iulii et Aemiliae, tristis non est, sed laeta; ea et cantat et ridet. Marcus, frater Iuliae, laetus non est, sed tristis; is nec cantat nec ridet. Marcus iratus est et Iuliam pulsat. Nunc Marcus ridet et Iulia plorat. Quintus, frater Marci Iuliaeque, Marcum videt et interrogat: «Marce, cur Iuliam pulsas? Cur sororem nostram pulsas?». Marcus non respondet. Quintus Aemiliam matrem vocat: «Mamma! Marcus Iuliam pulsat et Iulia plorat».

Aemilia eum audit et venit et Quintum interrogat: «cur tu me vocas?». Quintus respondet: «quia Marcus sororem meam Iuliam pulsat». Aemilia mater Marcum quoque interrogat: «Marce, cur sororem tuam pulsas? Tu puer improbus es, quia puellam parvam pulsas». Marcus respondet: «ego Iuliam pulso, quia illa bene non cantat, sed male cantat». Aemilia, mater Marci, eum pulsat, quia irata est. Aemilia eum quoque verberat, quia is puer non probus, sed improbus est. Nunc Iulia iam non plorat, sed ridet. Marcus autem iam non ridet, sed plorat.

Iulius, vir Aemiliae, venit, sed ea virum suum non audit, quia Marcus plorat. Iulius Quintum videt et eum interrogat: «cur Marcus plorat?». Quintus, qui patrem suum videt, respondet: «mater Marcum verberat, quia is parvam Iuliam pulsat». Aemilia, quae virum suum iam quoque videt, dicit: «Marcus, filius tuus, improbus est, quia sororem parvam suam pulsat. Puer, qui puellam parvam pulsat aut verberat, improbus est».

Iulius Marcum vocat. Quem vocat Iulius? Iulius filium suum vocat et eum interrogat: «Cur tu id facis, Marce?». Marcus, qui plorat, patrem suum, quem videt et audit, respondet: «pater, laetus non sum, sed tristis, quia sororem parvam meam pulso. Puer autem improbus non sum, sed probus, quia sororem meam, quam video, diligo et amo». Post verba Marci, Iulius iam non pulsat filium suum, quia is eum diligit et amat. Tandem mater et pater et liberi non tristes sunt, sed laeti. Omnes cantant et rident.

1. Haga la lectura compresiva del texto.

2. Relacione los nombres propios de la izquierda con lo que de ellos se dice en la columna de la derecha:

- | | |
|-----------|--|
| • Iulia | • Mater, quae filium suum improbum pulsat. |
| • Aemilia | • Et cantat et ridet. |
| • Iulius | • Pater, quem filius vocat. |
| • Marcus | • Non probus, sed improbus est. |
| • Quintus | • Probus est, quia sororem suam non pulsat. |
| | • Virum suum non videt. |
| | • Matrem suam vocat, quia frater sororem pulsat. |

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *En mi casa viven mis padres, cinco hermanos, dos hermanas y tres esclavos.*

3.2. *Hola, ¿cómo te llamas? Paulus. ¿Cuántos años tienes? Cinco sólo. ¿Cuántos hermanos tienes? Tres hermanos y tres hermanas.*

4. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Quem pulsat Marcus? Qua de causa?*

4.2. *Quid Quintus facit cum Marcum pulsare Iuliam videt?*

4.3. *Cur Aemilia Marcum pulsat?*

4.4. *Cur mater Iuliae virum suum non audit?*

4.5. *Quem vocat Iulius?*

4.6. *Quid femina Iulii eum dicit cum virum suum videt?*

4.7. *Quid Marcus patrem suum respondet?*

4.8. *Marcusne probus an improbus est? Quid censes?*

5. *Verumne an falsum? Et si falsum qua de causa?*

5.1. *Iulia, serva Iulii et Aemiliae, laeta non est sed tristis.*

5.2. *Aemilia Iuliam pulsat et ea ridet.*

5.3. *Marcus improbus est, quia puellam parvam pulsat.*

5.4. *Aemilia, femina Iulii, eum vidit et plorat.*

5.5. *Quem vocat Iulius? Iulius servum suum vocat.*

5.6. *Iulia maior natu est quam fratres.*

6. Complete los huecos con la terminación correcta:

6.1. *Quem pulsa__ Aemilia? Aemilia fili__ su__ pulsa__.*

6.2. *Puer improb__ es, quia puell__ parv__ pulsa__.*

6.3. *Sororem me__ dilig__ et am__.*

6.4. *Post verba Marci, Iuli__ fili__ su__ iam non pulsa__. Omnes canta__ et ride__.*

6.5. *Puer prob__ puell__ parv__ non pulsa__, sed ama__.*

6.6. *Quot fratr__ hab__? Tres fratr__ et duas soror__ maior__ natu quam illam.*

7. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *filius, filium, filia, filiam, vir, virum, filii, filios, filiae, filias, viri, viros.*

8. Escriba las siguientes frases en plural:

8.1. *Filia iam non ridet, sed plorat.*

8.2. *Improbus est, quia puellam parvam suam pulsat.*

8.3. *Puer bene non cantat, sed male cantat.*

8.4. *Puerum verberat quia improbus est.*

9. Escriba las siguientes frases en singular:

9.1. *Laetae estis.*

9.2. *Feminae viros suos non vident.*

9.3. *Pueri non improbi, sed probi sunt.*

9.4. *Viri cantant et rident.*

10. Rellene el hueco con la palabra que falta:

10.1. _____ *Marcus Iuliam verberat?*

10.2. *Filia _____ non est, sed laeta.*

10.3. _____ *Aemilia non audit? Virum suum.*

10.4. *Cur filia plorat? _____ Marcus eam _____.*

10.5. *Mater _____ suum pulsat et _____, quia _____ non est.*

10.6. *Liberos meos amo et _____.*

10.7. *Fratres maiores _____ sunt _____ sorores.*

CAPITVLVM IV

DOMINUS DE NUMMIS SUIS SERVOS INTERROGAT

Iulius dominus multorum servorum est, quia is multos servos habet. Multi servi et ancillae in familia eius sunt. Medus et Davus domini non sunt, sed servi. Delia et Syra dominae non sunt, sed servae aut ancillae. Ii Latini non sunt, sed Graeci. Iulius, dominus Davi Medique, sacculum non parvum sed magnum habet. Quid est in sacco Iulii? In sacco eius multi nummi sunt. Aemilia, quae sacculum viri sui videt, eum interrogat: «Quot nummi in sacco tuo sunt?» Vir respondet: «centum nummos habeo».

Tunc Iulius pecuniam suam, quae in sacco est, numerat: «unus, duo, tres, quattuor, quinque, sex, septem, octo, novem, decem. Quid? Decem tantum?» Iulius iterum nummos suos numerat, sed is decem nummos tantum habet, non centum. Iulius quaerit: «ubi sunt ceteri nummi mei?» Sed nemo respondet, quia servi eius iam hic non sunt: servi eius absunt.

Iulius servos suos vocat et servus unus tantum venit. Medus adest; sed Davus non venit; is abest. Iulius dicit: «Mede, Davum voca». Medus Davum vocat: «Dave, veni». Sed Davus non venit, quia Medum non audit neque videt. Medus iterum Davum vocat. Davus, qui Medum nunc iam audit, venit. Iam duo servi adsunt.

Davus, qui dominum suum non videt, Medum interrogat: «Quid est, Mede?»

Medus dicit: «St! Tace, Dave. Dominus adest. Saluta dominum!»

Servus Davus eum salutatur: «Salve, domine! Quid est?»

Iulius, dominus servorum, eos interrogat: «ubi sunt nummi mei? In sacco meo decem nummi tantum sunt, non centum. Ubi sunt ceteri nummi mei?»

Servi tacent neque respondent. Davus primus respondet et Medum accusat: «domine, pecunia tua in sacco meo non est. Interroga Medum!»

Medus quoque respondet et Davum accusat: «domine, nummi tui in sacco meo non sunt. Interroga Davum!»

Iulius servos iubet: «servi, sacculos vestros in mensa ponite et nummos vestros numerate». Servi sacculos suos in mensa ponunt et nummos numerant. Davus dicit: «domine, vide, in sacco meo tres nummi tantum sunt. Sacculus meus fere vacuus est. Nummi tui in sacco meo non sunt».

Iulius sacculum Davi videt et vacuus pecuniae non est, quia tres nummi sunt. Sed pecunia domini non est in sacco servi Davi. Davus bonus servus est, non improbus. Iulius alios nummos in sacco eius ponit et exclamat: «Dave, sume sacculum tuum et discede. Nunc sacculus tuus non fere vacuus est, sed fere plenus, quia multos nummos iam habes».

In mensa sacculus Medi est, sed Medus abest. Iulius nummos sacculi Medi numerat. Quot nummos invenit? Nonaginta nummos invenit. Sacculus Medi plenus nummorum est. Pecunia domini in sacco servi erat, et servus non est; servus abest. Iulius Medum vocat: «Mede, serve improbe, veni. Cur sacculus tuus multos nummos habet?» Sed Medus verba domini non audit, quia abest.

1. Haga la lectura comprensiva del texto.

2. Traduzca los textos siguientes:

2.1. «*Quid? Decem tantum?*» *Iulius iterum nummos suos numerat, sed is decem nummos tantum habet, non centum.*

2.2. *Medus iterum Davum vocat. Davus, qui Medum nunc iam audit, venit. Iam duo servi adsunt.*

2.3. *Quot nummos invenit? Nonaginta nummos invenit. Sacculus Medi plenus nummorum est. Pecunia domini in sacco servi erat, et servus non est; servus abest.*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *En la bolsa del señor sólo hay diez monedas, porque las demás están en la bolsa de Medo, el esclavo malvado.*

3.2. *Davo, ¿cuántas monedas hay en tu bolsa? Sólo tengo tres. Mi bolsa está casi vacía.*

4. Averigüe a partir de la lectura del texto a quién se refiere cada una de las frases siguientes:

4.1. *In sacco eius tres nummi tantum sunt.*

4.2. *Servus improbus est, quia domini pecuniam in sacco suo habet.*

4.3. *In sacco eius decem nummi tantum sunt, non centum.*

4.4. *Dominae non sunt, sed servae.*

5. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Quot nummos Iulius in sacco suo habet?*

5.2. *Qui sunt servi quos Iulius vocat?*

5.3. *Cum duo servi adsunt, quid Iulius eos iubet?*

5.4. *Quot nummi in sacco Davi sunt? Et in sacco Medi?*

5.5. *Ubi erant ceteri nummi domini?*

5.6. *Davusne probus an improbus est? Qua de causa?*

5.7. *Quomodo est Iulius, laetus an iratus? Qua de causa?*

5.8. *Si in sacco meo tantum decem nummi sunt et in tuo viginti, quot nummos in sacculis nostris habemus?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum qua de causa?*

6.1. *Servi Iulii non Graeci, sed Latini sunt.*

6.2. *Iulius in sacco suo centum nummos numerat.*

6.3. *Iulius nonaginta nummos suos in sacco Davi invenit.*

6.4. *Davus improbus servus est, quia pecuniam Iulii habet.*

6.5. *In mensa liberi Iulii et Aemiliae sacculos suos ponunt.*

6.6. *Dominus improbus est, quia in sacco suo nummos servorum habet.*

7. Complete los huecos con la terminación correcta:

7.1. *Aemilia vir __ su __ interrog __: «Quot numm __ in sacco tuo hab __?». Et vir eius respondet: «Decem numm __ tantum numer __».*

7.2. *Domin__ servum suum voc__ et dic__*: «*Dave, ven__*», *sed is non respond__, quia ab__*.

7.3. *Nunc Iuli__ Davo__ et Medum vid__*. *Davus et Medus domin__ su__ quoque vid__ et salut__*. *Dominus serv__ interrog__*: *Ubi sunt nummi mei? Sacculos vestros in mensa iam pon__*. *Servi tac__*.

7.4. *Iulius pecuni__ mult__ in saccul__ non hab__*, *quia decem numm__ in sacculo eius sunt*. *Saccul__ eius plen__ non est*.

7.5. *In mensa saccul__ Med__ videmus*. *Sacculus serv__ plenus numm__ est*.

7.6. *In saccul__ domin__ non sunt numm__ serv__*.

8. Analice y traduzca las siguientes formas nominales: *Mede, Dave, domine, dominam, dominas, servum, servos, servi*.

9. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *saluta, venite, habemus, salutatur, saluto, venio, venis, tacent, tace, tacete*.

10. Escriba las siguientes frases en plural:

10.1. *Servus non respondet, quia abest*.

10.2. *Improbus non est, quia pecuniam domini non habet*.

10.3. *Domina irata est, quia ancilla pecuniam eius habet*.

10.4. *Serva Graeca non adest, quia proba non est*.

11. Escriba las siguientes frases en singular:

11.1. *Ii adsunt et dominos suos salutant*.

11.2. *Feminae viros suos interrogant et viri non respondent, sed tacent*.

11.3. *Servi prohi sunt, quia pecuniam dominorum non sumunt*.

11.4. *Domini Romani nummos suos numerant*.

12. Rellene el hueco con la palabra que falta:

12.1. *_____ nummi in sacculo tuo _____? Decem nummos _____ habeo*.

12.2. *Medus _____ suum salutatur: «_____ , domine. Quid _____ ?»*

12.3. *Iulius _____ suos iubet: «sacculos vestros in mensa _____ et nummos vestros _____»*.

12.4. *Davus Medum accusat et dicit: _____, veni et vide, _____ tuam non habeo. Interroga _____*.

12.5. *In _____ Davi _____ nummi tantum sunt. Id non plenus, sed fere _____ est*.

CAPITVLVM V

QUOMODO EST VILLA UBI FAMILIA IULII HABITAT?

Familia Iulii Romae non habitat, sed prope Romam. Iulius vastorum agrorum dominus est. Idcirco domus Iulii prope agros eius esse debet et domus eius villa magna cum horto est. Iulius et familia sua cum liberis in magna villa habitat. Pater et mater habitant cum Marco et Quinto et Iulia. Iulius et Aemilia in villa habitant cum liberis et servis et ancillis.

Villa Iulii magnum hortum habet. In Italia sunt multae villae cum magnis hortis. In hortis sunt rosae et lilia. Iulius multas rosas et lilia in horto suo habet. Hortus Iulii pulcher est, quia in eo sunt multae et pulchrae rosae liliaque.

Aemilia femina pulchra est. Syra non est femina pulchra, neque pulcher est nasus eius, sed foedus est. Syra, quae bona ancilla est, nasum magnum et foedum habet. Iulius est vir Aemiliae, feminae pulchrae. Iulius Aemiliam amat, quia ea pulchra et bona femina est.

In villa sunt duo ostia: ostium magnum et ostium parvum. Villa duo ostia et multas fenestras habet. In villa Iulii magnum atrium cum impluvio est. Quid est in impluvio? In eo est aqua. In atrio nullae fenestrae sunt.

Etiam peristylum magnum et pulchrum in villa est. 'Peristylum' est vocabulum Graecum. In villis Graecis et Romanis magna et pulchra peristyla sunt. Estne impluvium in peristylo? Id non in peristylo, sed in atrio est. In peristylo parvus hortus est.

In villa sunt multa cubicula. Quintus in cubiculo parvo dormit. Estne magnum cubiculum Marci? Non, id quoque parvum est. Pater et mater familiae in cubiculo magno dormiunt. Ubi dormiunt servi? Ii quoque in cubiculis dormiunt. Cubicula eorum non magna, sed parva sunt, et multi servi in uno cubiculo dormiunt. Etiam ancillae multae in uno cubiculo dormiunt, neque eae magna cubicula habent.

Aemilia in peristylo est. Estne sola? Aemilia sola non est: liberi cum ea in peristylo adsunt. Sed Iulius in peristylo cum eis non est, quia is abest. Ubi est Iulius? In oppido Tusculo est sine Aemilia, sed cum servis quattuor.

Aemilia cum Marco, Quinto Iuliaque in peristylo est. Iulia rosas pulchras in horto videt et ab Aemilia discedit. Iam ea cum Aemilia non est. Aemilia eam non videt, quia puella in horto est.

Aemilia imperat: «Marce et Quinte! Iuliam vocate!»

Marcus et Quintus Iuliam vocant: Iulia! Veni! sed Iulia eos non audit neque venit.

Iulia pueros vocat: «Marce et Quinte! Venite! Hic multae rosae sunt».

Pueri Iuliam audiunt, neque ii ab Aemilia discedunt.

Quintus: «Carpe rosas, Iulia!»

Iulia rosas carpit et cum quinque rosis ex horto venit.

Iulia: «Vide, mater! Videte, pueri! Videte rosas meas!» Iulia laeta est, quia rosae eam delectant.

1. Haga la lectura comprensiva del texto.

2. En las frases siguientes, extraídas del texto latino, hay errores de concordancia. Señálelos y corríjalos:

- *In villa magno cum horto parva habito.*
- *In Italia sunt pauci villae.*
- *Cubicula servorum magna non sunt, sed parvi.*
- *In villa sunt duo ostia: ostium magna et ostium parvum.*
- *In villis Graecas multum peristyla sunt.*
- *Multos servi in uno cubiculo dormiunt.*
- *Puella, carpe pulchros rosas.*
- *Pueri, videte rosas meum.*

3. Escriba en latín lo contrario de lo que se afirma en las frases siguientes:

- *Villa parva parvum hortum habet.*
- *Foedum et magnum nasum habet.*
- *Puella adest, sed pueri absunt.*
- *In cubiculo magno dormio.*

4. Traduzca al latín las frases siguientes:

- 4.1. *La casa que vemos cerca de Roma no es de Cornelio, sino de Julio.*
 4.2. *¿Cuántas habitaciones tienes en tu casa? Tres habitaciones pequeñas y una grande.*
 4.3. *Niños, coged rosas con Julia, que está en el jardín.*

5. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

- 5.1. *Ubi habitat familia Iulii?*
 5.2. *Qua de causa Iulius prope agros suos habitat?*
 5.3. *Quae sunt in horto Iulii?*
 5.4. *Quot ostia in villa sunt?*
 5.5. *Quomodo sunt cubicula patris et matris familiae? Et cubicula servorum et ancillarum?*
 5.6. *Quot servi in uno cubiculo dormiunt?*
 5.7. *Estne sola Aemilia in peristylo?*
 5.8. *Qua de causa Iulia laeta est quando ex horto venit?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum qua de causa?*

- 6.1. *Iulius cum familia sua prope Tusculum habitat.*
 6.2. *In villa Iulii familia sua cum ancillis, sed sine servis habitat.*
 6.3. *Villa cum fenestris sed sine ostiis est.*
 6.4. *In atrio est impluvium, ubi parva puella rosas carpit.*
 6.5. *Femina Iulii cum liberis in peristylo adest.*
 6.6. *Iulia laeta non est, quia nasum foedum et magnum habet.*

7. Complete los huecos con la terminación correcta:

- 7.1. *Famili__ Iuli__ prope Rom__ habit___. Iuli__ domin__ vast__ agr__ est.*
 7.2. *Vill__ parv__ magn__ hort__ non habent.*

7.3. *Pater et mater cum liber__ su__ in vill__ habit__.*

7.4. *Vir Roman__ pulch__ non est; femin__ su__ bon__ et pulchr__.*

7.5. *Vir femin__ su__ am__; femin__ vir__ etiam am__.*

7.6. *Nas__ serv__ foed__ non est, sed pulcher.*

7.7. *Puer__! Vid__ ros__.*

7.8. *Ros__, quas ex hort__ carp__, pulchr__ non sunt.*

8. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *horto, rosae, pueris, Marce, cubicula, peristylum, hortus, impluvio.*

9. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *imperat, impera, imperate, imperamus, imperatis, estis, venit, dormiunt, adsunt, dormite, veni.*

10. Escriba las siguientes frases en plural:

10.1. *Nasus servae foedus est.*

10.2. *In villa ostium magnum est.*

10.3. *Villa pulchrum peristylum habet.*

10.4. *Puella rosam ex horto carpit.*

11. Escriba las siguientes frases en singular:

11.1. «*Videte, pueri! Videte rosas meas!*».

11.2. *Pueri eam audiunt, neque discedunt.*

11.3. *In villis Graecis et Romanis pulchra peristyla sunt.*

11.4. *Ubi dormiunt servi? In parvis cubiculis.*

12. Rellene el hueco con la palabra que falta:

12.1. *Iulius in _____, prope _____, cum familia ____ habitat.*

12.2. *In villa magnus ____ est, ubi puella ____ carpit.*

12.3. *Duo _____, multae _____ et multa cubicula in villa _____.*

12.4. *Mater et _____ in _____ magno dormiunt, sed servi in _____ parvis.*

12.5. *In villis Graecis et _____ magna _____ sunt.*

12.6. *Iulia laeta est quia _____ habet et eas monstrat.*

**CAPITVLVM VI
VIAE ROMANAE**

Multa oppida erant in Italia et oppida iuncta erant inter se per vias, quae diversa nomina accipiunt: via Appia, via Latina, via Flaminia, etc. Via Appia est inter Romam et Brundisium; via Latina inter Romam et Capuam; via Flaminia inter Romam et Ariminum.

Via Appia, quae iungit Romam et Brundisium, longa est, quia Brundisium non est prope Romam, sed procul a Roma; via Latina non est tam longa quam via Appia, quia Roma sita est non procul a Capua. Quam longa est via Flaminia? Ea non tam longa est quam via Appia. Tiberis fluuius non tam longus est quam fluuius Padus.

Circum oppida antiqua saepe muri erant; sed circum oppida hodierna iam muri non sunt. Circum Romam erat murus antiquus, qui duodecim portas habebat, quarum prima porta Romana erat porta Capena. Circum oppidum Tusculum murus antiquus quoque erat, qui tantum sex portas habebat, quia murus Tusculi non tam longus erat quam murus urbis Romae.

Ut iam scitis, Iulius Romae in villa habitat cum femina et liberis et multis servis servabusque. Villa Iulii est prope Romam, sed longe a Tusculo. Ab oppido Tusculo usque ad villam Iulii via longa est. Ecce Iulius et quattuor servi in itinere. Ii a villa usque ad oppidum Tusculum eunt: Iulius dominus in lectica it, sed servi in lectica non eunt; alteri ambulant et alteri lecticam cum domino portant. Duo servi, Syrus et Leander, ambulant; alii duo, Ursus et Davus, lecticam cum domino portant. Servi, qui ambulant, post lecticam eunt; sed ii vacui non sunt. Syrus et Leander saccos in umeris portant. Sacci quos Syrus et Leander portant magni sunt, sed saccus quem Syrus portat non tam magnus est quam saccus Leandri. Servi Iulii saccos eius et lecticam cum domino a villa usque ad oppidum vehunt. Unde veniunt servi Iulii cum domino? Ab oppido Tusculo? Non, a villa. Quo eunt servi Iulii cum domino? Ad villam? Non, Tusculum; ii eunt Tusculum.

Apud dominum et servos Medus non est. Ut iam scis, Medus servus improbus est, quia nummos domini in sacculo suo habebat. Itaque Medus in via non est cum ceteris servis; Medus abest a domino et servis.

Iam Iulius prope oppidum Tusculum est. Servi qui lecticam portabant fessi iam sunt. Dominus fessus non est, nam is non ambulat, sed is in lectica a servis portatur. Iulius ab Urso et Davo portatur, itaque is fessus non est. Fessi sunt Ursus et Davus, quia ii dominum in lectica portabant. Syrus et Leander quoque fessi sunt, quia ii magnos saccos in umeris portabant, neque vacui erant sacci. Sacci qui a servis portantur parvi non sunt, sed magni. Saccus qui a Syro portatur non tam magnus est quam saccus qui a Leandro portatur. Itaque Syrus non tam fessus est quam Leander.

Cornelius, Iulii amicus, quoque in via erat, sed is non ambulat; is equo vehitur. Itaque Cornelius non fessus est; is non tam fessus est quam servi Iulii, nam ii lecticam cum domino portabant.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen del mismo de al menos diez líneas.

2. Traduzca los textos siguientes:

2.1. *Circum oppidum Tusculum murus antiquus quoque erat, qui tantum sex portas habebat, quia murus Tusculi non tam longus erat quam murus urbis Romae.*

2.2. *Ab oppido Tusculo usque ad villam Iulii via longa est. Ecce Iulius et quattuor servi in itinere. Ii a villa usque ad oppidum Tusculum eunt: Iulius dominus in lectica it, sed servi in lectica non eunt; alteri ambulant et alteri lecticam cum domino portant.*

2.3. *Dominus fessus non est, nam is non ambulat, sed is in lectica a servis portatur. Iulius ab Urso et Davo portatur, itaque is fessus non est. Fessi sunt Ursus et Davus, quia ii dominum in lectica portabant.*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *Italia tiene muchas vías que unen las ciudades entre sí.*

3.2. *¿Dónde estaba la vía Appia? Como sabes, estaba entre Roma y Bríndisi.*

3.3. *En la muralla de Túsculo sólo había seis puertas.*

3.4. *Los sacos que llevan estos esclavos no son tan grandes como los sacos de aquellos.*

3.5. *¿Dónde están Julio y sus esclavos? De viaje. ¿De dónde vienen? De la villa. ¿A dónde van? A Túsculo.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *Via Appia, Via Latina, Tiberis, Tusculum.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Quam longa est via Latina?*

5.2. *Quot portas habebat antiqua Roma? Et Tusculum? Quot portas habent oppida hodierna?*

5.3. *Quomodo Iulius a villa usque ad oppidum Tusculum iter facit? Et servi?*

5.4. *Qua de causa Davus et Ursus fessi sunt?*

5.5. *Quomodo sunt sacci qui a servis portantur?*

5.6. *Quomodo vehitur Cornelius?*

5.7. *Cur Medus abest a domino et servis?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum qua de causa?*

6.1. *Fluvius Tiberis non tam longus est quam fluvius Padus.*

6.2. *Via Flaminia iungit Romam et Carthaginem.*

6.3. *Servi a dominis in lecticis portantur.*

6.4. *Iulius cum servis suis in itinere est: illi a villa usque ad Romam ambulant.*

6.5. *Cornelius, ut Iulius, equo vehitur.*

7. Complete los huecos con la terminación correcta:

7.1. *Capua non procul a Rom__ est, sed prope Rom__.*

7.2. *Iulius et serv__ su__ a vill__ usque ad oppidum Tuscul__ eunt.*

7.3. *Corneli__ et Iuli__ amic__ sunt. Ii non fess__ sunt, quia per vi__ non ambul__. Corneli__ equ__ veh__ et Iuli__ a serv__ port__.*

7.4. *Urs__ tam fess__ est quam Dav__ quia lectica ab iis port__.*

7.5. *Ceter__ servo__, Syrus et Leander, sacc__ magn__ port__. Sacc__ non vacu__, sed plen__ sunt.*

8. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *ambulo, ambulabat, porto, portatur, portantur, est, estis, vehitur.*

9. Escriba las siguientes frases en plural:

9.1. *Prope oppidum familia eius habitat.*

9.2. *Is fluvius non tam longus est quam illa via.*

9.3. *Saccus qui a servo portatur plenus est.*

9.4. *Dominus equo vehitur.*

10. Escriba las siguientes frases en singular:

10.1. *Alteri servi ambulant et alteri lecticas cum dominis portant.*

10.2. *Servi cum saccis ad oppida eunt.*

10.3. *Oppida antiqua muros habebant.*

10.4. *Sacci quos amici portant magni sunt.*

11. Complete el hueco con la preposición adecuada:

11.1. *Multa oppida ___ Hispania erant. Oppida iuncta sunt ___ se ___ vias.*

11.2. *Via Latina erat _____ Romam et Capuam.*

11.3. *Brundisium non est _____ Romam, sed _____ Roma.*

11.4. *Muri iam non sunt _____ oppida hodierna.*

11.5. *Iulius ___ villa habitat ___ femina et liberis, ___ Romam sed ___ Tusculo.*

11.6. *Servi et dominus ___ itinere sunt. Illi ___ villa ___ oppidum Tusculum eunt.*

11.7. *Dominus ___ lectica ___ servis portatur.*

11.8. *Medus abest ___ domino.*

CAPITVLVM VII

QUOMODO EST NASUS IULIAE, FOEDUS AN FORMOSUS?

Hodie Iulia, quae sola est in cubiculo suo dum fratres ante villae ostium patrem Iulium exspectant, laeta non est, sed lacrimat. Illa speculum sumit et ante oculos tenet. Puella se in speculo videt, nasum suum et rosam quam habet ante nasum aspicit et se interrogat: «Estne foedus nasus meus?». Sed nemo respondet et Iulia, quae credit foedum nasum habere, rursus lacrimat.

Syra, ancilla familiae Iulii et Aemiliae, cubiculi ostium pulsat. Iulia: «Intra!».

Syra ostium aperit et in cubiculum intrat, neque ostium post se claudit. Iulia Syram post se in speculo videt. Syra non videt lacrimas Iuliae, nam puella se non vertit. Syra: «O, hic est mea puella. Veni in hortum, Iulia!». Iulia imperat: «Claude ostium!». Ancilla paret et ostium claudit. Iulia ancillam interrogat: «Nasusne meus foedus est, Syra?». Syra: «Foedus? Immo formosus est nasus tuus». Iulia se vertit. Iam Syra lacrimas eius videt.

Syra: «Quid est, mea Iulia? Terge oculos! Es laeta! Nasus tuus tam formosus est quam meus». Iulia respondet: «Sed nasus tuus non formosus est, sed foedus». Syra: «Quid? Nonne formosus est nasus meus?». Iulia: «Immo foedus est! Ecce speculum, Syra». Iulia speculum tenet ante Syram, quae nasum suum in speculo videt. Ancilla oculos claudit et tacet.

Ecce Iulius advenit ad villam et ambulat ad ostium, quod ab ostiario aperitur. Dominus per ostium in villam intrat. Post eum veniunt Syrus et Leander, qui duos saccos portant. Pueri saccos plenos qui a servis portantur vident et interrogant: «Quid inest in saccis?» Iulius respondet: «In sacco quem Leander portat mala insunt. Sed in eo qui a Syro portatur pira insunt». Iulius filios suos Quintum et Marcum ad se vocat et iis mala et pira dat.

Aemilia cum Delia e peristylo intrat in atrium, ubi est Iulius, et laeta ad Iulium adit eumque salutat. Aemilia viro suo osculum dat. Iulius feminam suam quaerit: «Quid agit Iulia? Qua de causa hic non adest?». Aemilia: «Rosas carpit in horto et cum Syra ludit». Iulius: «Currite in hortum, pueri, et vocate eam!». Pueri Iuliam inveniunt in cubiculo suo, non in horto. Et cum in cubiculum intrant, oculi Iuliae pleni sunt lacrimarum: «Veni in atrium, Iulia! Illic pater te exspectat». Iulia oculos et nasum terget, rosam sumit et e cubiculo exit. Syra et pueri post eam exeunt. Iulia in atrium ad Iulium currit eique osculum dat.

Iulia: «Ecce rosa. Nonne pulchra est haec rosa?».

Iulius: «Nulla rosa tam pulchra est quam filia mea!». Iulius filiae suae osculum dat. Iamne lacrimat Iulia? Immo laeta est et ridet.

Iulia patrem interrogat: «Nasusne meus foedus est?».

Iulius: «Foedus? Immo tam formosus est quam hoc malum! Ecce malum tuum, Iulia». Pater filiae malum magnum et formosum dat. Iulia malum terget et ante oculos tenet: «O, quam formosum est hoc malum!».

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen del mismo de al menos diez líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. Syra: «*Quid est, mea Iulia? Terge oculos! Es laeta! Nasus tuus tam formosus est quam meus*». Iulia respondet: «*Sed nasus tuus non formosus est, sed foedus*». Syra: «*Quid? Nonne formosus est nasus meus?*». Iulia: «*Immo foedus est! Ecce speculum, Syra*».

2.2. *Ecce Iulius advenit ad villam et ambulat ad ostium, quod ab ostiario aperitur. Dominus per ostium in villam intrat. Post eum veniunt Syrus et Leander, qui duos saccos portant. Pueri saccos plenos qui a servis portantur vident et interrogant: «Quid inest in saccis?».*

2.3. *Iulius: «Currite in hortum, pueri, et vocate eam!».* Pueri Iuliam inveniunt in cubiculo suo, non in horto. Et cum in cubiculum intrans, oculi Iuliae pleni sunt lacrimarum: «Veni in atrium, Iulia! Illic pater te exspectat». Iulia oculos et nasum terget, rosam sumit et e cubiculo exit.

3. Escriba en la columna de la derecha lo contrario de lo que se afirma en la columna de la izquierda:

- | | |
|------------------------------------|--------------------------------------|
| • Puellae nasus foedus est. | • Puellae nasus formosus est. |
| • Puella laeta est. | • |
| • Fratres iam adsunt . | • |
| • Pater per ostium intrat . | • |
| • Sacci pleni sunt. | • |
| • Malum magnum est. | • |
| • Aemilia interrogat . | • |
| • Serva oculos aperit . | • |

4. Ponga en latín las frases siguientes:

- 4.1. *La nariz de la esclava no es tan hermosa como la de la niña.*
- 4.2. *Unos sacos están llenos de manzanas y otros de peras.*
- 4.3. *Dale a Julia tres rosas y a Marco una manzana.*
- 4.4. *Los señores romanos son transportados por los esclavos.*
- 4.5. *El padre es visto y oído por su hijo y por su hija.*

5. Responda en latín a las siguientes preguntas:

- 5.1. *Ubi est Iulia? Ubi sunt fratres eius?*
 - 5.2. *Qua de causa Iulia lacrimat?*
 - 5.3. *Nasusne Syrae foedus an formosus est?*
 - 5.4. *Quid agit ostiarius?*
 - 5.5. *Quid inest in saccis qui a servis portantur?*
 - 5.6. *Quid dat Iulius filiis suis?*
 - 5.7. *Qua de causa Aemilia laeta est?*
 - 5.8. *Quid fecit Iulia cum malo quod pater ei dat?*
 - 5.9. *Nasusne Iuliae foedus an formosus est? Quid censes?*
6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
 - 6.1. *Syra credit Iuliam nasum formosum habere.*
 - 6.2. *Iulia cum fratribus suis in cubiculo lacrimat.*
 - 6.3. *Iulius cum servis in villam non intrat, quia ostiarius dormit.*
 - 6.4. *Sacci qui a servis portantur pleni sunt speculorum et rosarum*

6.5. *Aemilia malum quod vir ei dat terget.*

6.6. *Cornelii equus plorat, quia nasum magnum habere credit.*

7. Complete los huecos con la terminación correcta:

7.1. *Ancill__ cubicul__ osti__ puls__ et in cubicul__ intr__.*

7.2. *Puell__ ancill__ post se in specul__ vid__.*

7.3. *Hic est me__ puell__. Ven__ in hort__, Iuli__.*

7.4. *«Claud__ osti__!».* *Ancill__ par__ et osti__ claud__.*

7.5. *Sacc__ qui a serv__ port__ plen__ mal__ et pir__ sunt.*

7.6. *Ostiari__ osti__ aper__, cum domin__ in vill__ intr__.*

8. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *pirorum, servis, nasum, malo, osculum, malis, speculo, lacrimarum.*

9. Analice y traduzca las formas verbales siguientes: *es, terget, carpis, currite, claudit, tacet, agit, inest, veni, portatur, portantur, auditur, videris, videntur, amamur.*

10. Escriba las siguientes frases en plural:

10.1. *Ancilla oculum claudit et tacet.*

10.2. *Ea laeta non est, sed lacrimat.*

10.3. *Domina malum sumit et filio suo dat.*

10.4. *Veni in atrium, puella!*

11. Escriba las siguientes frases en singular:

11.1. *Currite in hortum, pueri!*

11.2. *Pueri in cubiculo rosas inveniunt.*

11.3. *Rosae tuae tam pulchrae sunt quam meae.*

11.4. *Nasi non foedi sunt, sed formosi.*

12. Rellene el hueco con la palabra que falta:

12.1. *Ostiarius _____ aperit; ostium ab _____ _____. Cum dominus in _____ intrat, ostiarius ostium _____.*

12.2. *Pueri _____ plenos qui a _____ _____ vident. Servi _____ plenos _____ et pirorum _____.*

12.3. *Quid _____ in saccis quos servi _____? In saccis _____ mala et pira.*

12.4. *Dominus _____ suis mala dat. Aemilia _____ osculum dat. Pater _____ malum magnum dat.*

13. En las frases siguientes hay errores de concordancia entre sustantivos y adjetivos, détéctelos y corríjalos:

13.1. *Pueri saccos plenis pirorum vident. Pira magnos et formosis sunt.*

13.2. *Nasus servae formosa non est, sed foedo.*

13.3. *Puella in horto rosas pulchros sumit et patri ostendit.*

13.4. *Puella meus tam formosum est quam dea.*

13.5. *Oculi feminae apertos sunt.*

CAPITVLVM VIII

URBS ROMA MULTAS TABERNAS HABEBAT

Ut iam scimus, Iulius non Romae sed prope urbem habitabat. Quando pater familias aliquid emere debebat, is in lectica cum quattuor servis a villa per ostium exiebat et ad urbem Romam adibant. In villa femina eius Aemilia sola non manebat, nam cum ea liberi et servi et servae in perystilo erant.

Si aliquid emere vis aut desideras, pecuniam habere debes. Iulius, cum multas res emere volebat, multos nummos in variis sacculis portare debebat. Sed Iulius ipse sacculos non portabat; sacculi a servis portabantur. Duo servi in umeris sacculos cum domini pecunia portabant; ii post lecticam semper ambulare debent. Cum sacculi, qui a servis in umeris portantur, pleni nummorum sunt, servi fessi sunt, quia ii Romam perveniunt post longum iter, id est, quia longam viam usque ad urbem Romam facere debent.

Si Romae aliquid emere desideras, tabernam invenire debes. Taberna est aedificium, ubi mercatores viris feminisque multas res vendunt. Iulius, qui Romam saepe visitat cum servis aut sine iis, multas tabernas diversorum generum cognoscit. Hodie Iulius cum servis ante pulchram tabernam consistit, in qua gemmae et margaritae multae sunt. Haec taberna non Cornelii, amici Iulii, sed Albini erat. Vir qui tabernam habet tabernarius est. Albinus est tabernarius qui gemmas et margaritas vendit. Apud tabernam Albini erant aliae tabernae, ut tabernae librorum et rosarum. Viri, qui tabernas librorum et rosarum habent, quoque tabernarii sunt, ut Albinus.

Si gemmas et margaritas, quae ornamenta sunt, emere desideras, multam pecuniam habere debes, quia haec ornamenta multis nummis constant, id est, multum pretium habent. Feminae quae multam pecuniam habent quoque multa ornamenta emunt. Aemilia, femina Iulii, quae multam pecuniam habebat, multa ornamenta emebat. Quando ea haec ornamenta emere vult, ea ad tabernam Albini Romae adit.

In hoc die Aemilia ad tabernam Albini venire non potest. Hodie vir eius venit cum servis et pulchra ornamenta gemmarum feminae suae emit. Postea, quando Iulius ad villam suam redit, haec ornamenta gemmarum Aemiliae dat.

Aemilia corpus suum cum multis ornamentis ornat. Ea ornamenta amat et aliquas gemmas margaritasque in collo et in digitis portat. Cur ea id facit? Quia vir eius pecuniosus est, id est, Iulius vir dives, non pauper, est.

In via ubi taberna Albini sita est, Medus et Lydia ambulant et ante tabernam, ut alii viri feminaeque, rariter consistunt. Ornamenta, quae ii in taberna vident, multum pretium habent. Lydia, amica Medi, quae ornamenta gemmarum et margaritarum in taberna aspicit, haec ornamenta amat. Ea lineam margaritarum emere desiderat, sed emere non potest, nam ea pecuniosa non est. Medus, qui servus est ut Lydia, tabernam aspiceret et consistere non desiderat. Is pecuniosus non est, sed pauper: sacculus eius vacuus semper est. Cum ante tabernam Albini Medus et Lydia consistunt, Lydia anulos gemmarum et lineas margaritarum digito monstrat. Medus se vertit, tabernam aspicit, ornamenta pretiosa videt et in tabernam non intrat, nam sine multa pecunia nulla ornamenta emere potest.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen de al menos diez líneas.

2. Traduzca los textos siguientes:

2.1. *Si Romae aliquid emere desideras, tabernam invenire debes. Taberna est aedificium, ubi mercatores viris feminisque multas res vendunt. Iulius, qui Romam saepe visitat cum servis aut sine iis, multas tabernas diversorum generum cognoscit.*

2.2. *Cum ante tabernam Albini Medus et Lydia consistunt, Lydia anulos gemmarum et lineas margaritarum digito monstrat. Medus se vertit, tabernam aspicit, ornamenta pretiosa videt et in tabernam non intrat, nam sine multa pecunia nulla ornamenta emere potest.*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *Los esclavos están cansados porque deben hacer un largo camino hasta la ciudad de Roma.*

3.2. *Cuando queremos comprar cosas muy caras debemos ir a Roma con muchas bolsas llenas de monedas.*

3.3. *Albino tiene una tienda donde vende adornos de gemas y piedras preciosas.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *taberna, tabernarius, ornamentum, pecuniosus, pauper.*

5. Indique a qué personaje de los que aparecen en el texto se refieren los enunciados siguientes:

- *Tabernarius est, quia tabernam habet.*
- *Cum servis tabernas Romanas saepe visitat.*
- *Multa ornamenta in corpore suo portat, quia pecuniosa est.*
- *Feminae suae multa ornamenta emit, quia dives est.*
- *Ante tabernam consistere non desiderat, quia ornamenta emere non potest.*
- *Gemmas margaritasque vendit.*
- *Ornamenta amat, sed emere non potest, quia pecuniosa non est.*

6. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

6.1. *Quo Iulius adit cum aliquid emere debet?*

6.2. *Quo adire debes si aliquid emere desideras?*

6.3. *Quis est tabernarius?*

6.4. *Qua de causa Aemilia corpus suum multis ornamentis ornabat?*

6.5. *Quot constant ornamenta gemmarum et margaritarum?*

6.6. *Qua de causa Medus in tabernam Albini intrare non vult?*

7. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

7.1. *Cum Iulius aliquid emere debebat, equo exiebat a villa per ostium.*

7.2. *Servi in umeris sacculos plenos gemmarum portabant.*

7.3. *Taberna est aedificium ubi pueri Romani litteras scribunt.*

7.4. *Albinus est tabernarius rosarum librorumque.*

7.5. *Medus in tabernam Albini intrare non vult, quia nasus eius magnus foedusque est.*

8. Decline en singular y plural las expresiones *vir pecuniosus* y *pulchrum ornamentum*.

9. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *emere, vult, desideras, vendunt, vis, desiderabamus, manebat, exiebatis*.

10. Complete los huecos con la terminación correcta:

10.1. *Iuli __ prope Rom __ habit __.*

10.2. *Aemilia pecunios __ est, quia ornament __ qu __ mult __ numm __ const __ habet.*

10.3. *Mult __ vir __ feminaeque ante tabern __ Albin __ consist __.*

10.4. *Med __ ornament __ in tabern __ Albin __ aspic __, sed intrare non pot __, quia mult __ numm __ non hab __.*

10.5. *Mercator, qu __ ros __ et libr __ in tabern __ vend __, tabernari __ est.*

11. Escriba las siguientes frases en plural:

11.1. *Femina, quae pecuniosa erat, ornamentum emebat.*

11.2. *In villa femina sola non manebat, sed cum servo.*

11.3. *Dominus sacculum non portabat; sacculus a servo portabatur.*

11.4. *Is tabernam aspicit, ornamentum pretiosum videt et in tabernam non intrat.*

12. Escriba las siguientes frases en singular:

12.1. *Sacculi, qui a servis portantur, pleni nummorum sunt.*

12.2. *Viri, qui tabernas librorum et rosarum habent, tabernarii sunt.*

12.3. *Ornamenta multos nummos constant.*

12.4. *Pauperes in tabernas gemmarum margaritarumque intrare non desiderant, quia ornamenta pretiosa sunt.*

13. Rellene el hueco con la palabra que falta:

13.1. *Cum dominus ____ emere desiderat, ____ in lectica __ ostium exit.*

13.2. *__ villa femina sola non ____, nam cum __ liberi adsunt.*

13.3. *Servi saccos portant; __ semper __ lecticam ambulare debent.*

13.4. *Sacculi, __ in umeris __ servis portantur, __ nummorum sunt.*

13.5. *Homines fessi erant, quia __ longum iter faciebant.*

13.6. *Tabernarius est vir, __ tabernam ____.*

13.7. *__ tabernam Albini __ tabernae erant, ubi rosae et libri ____.*

13.8. *____ pecuniosus est, _____ ornamenta _____ potest.*

13.9. *____ ornamenta multis _____ constant, ____ est, ____ pretium habent.*

13.10. *Tabernarius es, ____ Albinus.*

**CAPITVLVM IX
PASTOR ET OVES**

In agris, quos apud villam Iulii videre potes, Corneli amice, unum virum cotidie ambulare videbis. Hic vir, nomine Marius, pastor pecoris Iulii est decem annos abhinc. Iulius non solum dominus vastorum agrorum est, sed etiam magnum pecus ovium habet. Pastor Marius solus per campum non ambulat, sed apud se quoque ambulant canis niger et centum oves. Ex ovibus viginti oves nigrae sunt et octoginta albae.

Cibus ovium nigrarum et albarum est herba, quae in campo crescit. Oves in campo herbam edunt. Cum pastor oves herbam edere vult, is oves in campum ducit. Oves quoque aquam bibunt. Cum pastor oves aquam bibere vult, is oves ad rivum ducit. Rivus est fluvius parvus, qui paulum aquae habet.

Herba cibus pastoris canisque non est. Tum, quis est cibus eorum? Pastor in sacco suo panem habet. Cum ille edere vult, panem e sacco sumit et comedit. Quando canis edere vult, id est, famem habet, pastor panem cani dat, et canis quoque est. Canis a pastore cibum accipit. Itaque canis pastorem amat.

Pastor Marius, cum sol in caelo est et nulla nubes in caelo videtur, ex villa cum ovibus et cum cane suo exit. Dum oves herbam edunt, pastor ad arborem adit, id est, umbram arboris petit. Cum sol in caelo ardet, oves et canis quoque umbram arboris petunt, id est, arborem adeunt. Ecce pastor et oves et canis in umbra arboris iacent et dormiunt.

Dum pastor in herba dormit, aliquae oves nigrae, quae aquam ex rivo bibere volebant, a ceteris ovibus discedunt. Itaque hae oves nigrae rivum petunt. Postea hae oves nigrae silvam proximam vident et in eam intrant. Canis, qui oves servabat et non dormiebat, latrat. Pastor oculos aperit, oves aspicit et omnes oves albas et multas oves nigras videt. Sed aliquas oves nigras non videt; aliquae oves nigrae desunt. Pastor oves suas numerat: octo oves nigrae desunt. Pastor et canis apud arborem ceteras oves relinquunt.

Interea oves nigrae, quae in magna silva, ubi nullae viae erant, errabant, iam solem non vident neque caelum supra se, quia in silva sub arboribus sol non lucet.

Non procul ab ovibus nigris, Corneli amice, iam sunt pastor Marius et canis suus, sed ii oves nondum vident. Pastor oves vocat et exclamat: «fide canis, oves quaere et reperi eas». Pastor in terra vestigia lupi videt. Ecce lupus prope oves nigras, qui oves aspicit.

Lupus famem habet, quia multos dies abhinc nullum cibum edere potuit. Lupi animalia sunt, qui oves vorare solent. Fidus canis pastoris oves quaerit et vestigia earum in terra reperit, sed oves ipsas nondum reperit. Lupus, qui famem habet, ululat et alii lupi veniunt. Lupi oves vident; pastor et canis quoque oves vident. Lupi currunt; canis quoque currit. Oves consistunt et exspectant dum lupi et canis veniunt. Tunc oves balant.

Quando lupi ante oves perveniunt, iam canis et pastor apud oves sunt. Oculi luporum in umbra lucent ut gemmae et dentes ut margaritae. Oves oculos claudunt et dentes luporum exspectant. Lupi collum ovium petunt dentibus. Lupi tantum duas oves necant, quia canis et pastor adsunt et ceteras oves servant. Lupi omnes oves necare non possunt, quia ii latratum canis et baculum pastoris timent.

Pastor non laetus est, sed tristis, quia nunc minus oves habet quam antea. Procul in monte lupi, qui famem habebant, oves vorare potuerunt et laeti et pleni cibi iterum ululant.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos diez líneas.
2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Interea oves nigrae, quae in magna silva, ubi nullae viae erant, errabant, iam solem non vident neque caelum supra se, quia in silva sub arboribus sol non lucet. Non procul ab ovibus nigris, Corneli amice, iam sunt pastor Marius et canis suus, sed ii oves nondum vident.*

2.2. *Lupi tantum duas oves necant, quia canis et pastor adsunt et ceteras oves servant. Lupi omnes oves necare non possunt, quia ii latratum canis et baculum pastoris timent. Pastor non laetus est, sed tristis, quia nunc minus oves habet quam antea.*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *El fiel perro ladra cuando ve que los lobos se dirigen al arroyo donde beben las ovejas.*

3.2. *Los lobos, que tenían hambre, aúllan contentos después de que pudieron devorar tres ovejas.*

3.3. *Sus ojos brillaban en la oscuridad como gemas y sus dientes como perlas.*

4. Defina los términos siguientes: *herba, panis, pastor, rivus, silva.*

5. Averigüe a partir de la lectura del texto a quién o a qué se refiere cada una de las frases siguientes:

5.1. *Dominus multarum ovium est.*

5.2. *Oves eos timent, quia ii oves vorare solent.*

5.3. *A pastore cibum accipit et oves servat.*

5.4. *A pecore discedunt, quia bibere volebant.*

5.5. *Amicus Iulii est et historiam audit.*

5.6. *Neque balat neque latrat, sed ululat.*

6. Responda en latín a las preguntas siguientes:

6.1. *Quot oves in pecore Iulii sunt?*

6.2. *Quis est cibus ovium? et canis pastorisque?*

6.3. *Qua de causa pastor oves ad rivum ducit?*

6.4. *Quid agit pastor cum oves cibum edere vult?*

6.5. *Qua de causa aliquae oves a ceteris abeunt?*

6.6. *Ubi erant oves quae desunt?*

6.7. *Cuius erant vestigia quae pastor invenit?*

6.8. *Quae lupi timent?*

6.9. *Quid agunt oves quando lupos vident?*

6.10. *Qua de causa lupi laeti ululant?*

7. *Verum an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

7.1. *Marius, qui vastos agros habebat, pastor ovium erat.*

7.2. *Oves nigrae, quae tantum panem edebant, a ceteris ovibus discedunt.*

7.3. *Lupi ululant, quia tristes sunt.*

7.4. *Silva est locus, ubi sol non lucet, quia plenus arborum est.*

7.5. *Pastor laetus est, quia nunc minus oves habet quam antea.*

7.6. *Oculi luporum in umbra lucent ut margaritae et dentes ut gemmae.*

8. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *ovium, pecus, cane, umbram, arborum, pastoribus, vestigia, panes, cibo*.

9. Analice y traduzca los verbos siguientes: *vult, edere, bibunt, videbis, habebit, exit, exiebat, scimus, sciunt, ardet, ardebat, crescent, ambulat, ambulabant, ambulabo, ambulavit, vorare, potuisti, potuerunt*.

10. Decline las expresiones siguientes: *fidus canis* y *ovis nigra*.

11. Complete los huecos con la terminación correcta:

11.1. *Iuli ___ magn ___ pecus ov ___ hab ___*.

11.2. *Quando sol ard __, ii umbr __ arbor __ pet __*.

11.3. *Pastor fam ___ hab ___ et e sacc ___ paulum pan ___ sum ___ et comed ___*.

11.4. *Cib ___ lup ___ ov ___ sunt, sed cib ___ ov ___ non pan ___ est, sed herb ___*.

11.5. *Aliqu ___ oves nigr ___ aqu ___ ex riv ___ bib ___ et postea in silo ___ intrant*.

11.6. *Lup __, postquam aliqu ___ ov ___ pastor ___ vorare potu __, ulul ___*.

12. Escriba las siguientes frases en plural:

12.1. *Pastor solus per campum non ambulat*.

12.2. *Ovis herbam comedit; herba in campo crescit*.

12.3. *Canis, qui ovem servabat et non dormiebat, latrat*.

12.4. *Quando sol in caelo est, canis umbram arboris petit*.

13. Escriba las siguientes frases en singular:

13.1. *Domini, qui multas oves habebant, pastores non erant*.

13.2. *Oves nigrae, quae in pecore desunt, in silvam intraverunt*.

13.3. *In montibus lupi oves vorare potuerunt et nunc laeti ululant*.

13.4. *Oves quae apud arbores iacebant a pastoribus numerabantur*.

14. Rellene los huecos con la palabra que falta:

14.1. *Marius erat pastor _____ Iulii*.

14.2. *Cum pastore ambulant viginti oves _____ et octoginta oves _____*.

14.3. *Cum pastor oves ___ edere _____, is eas in _____ ducit*.

14.4. *Quando famem pastor _____, e _____ panem sumit et _____*.

14.5. *Aliquae oves a pecore _____ et in silvam _____*.

14.6. *Fide _____, oves _____ et _____ eas*.

14.7. _____ *ululant, quia famem _____ et oves _____ volunt*.

14.8. *Lupi _____ et _____ quoque currit; oves non currunt, sed _____*.

14.9. _____ *balant, lupi _____ et canes _____*.

14.10. *Oculi _____ in umbra _____ ut gemmae et dentes ut _____*.

CAPITVLVM X
BESTIAE ET HOMINES

In villa ubi habitant Iulius et familia sua sunt equi et asini et canis et oves et boves, qui sunt bestiae domesticae, quia eae apud nos vivunt. In silvis et in montibus invenire possumus leones et lupos et ursos et cervos, qui, quamquam bestiae quoque sunt, bestiae ferae sive tantum ferae vocantur, quia apud nos vivere non solent et aliquae ex illis alias bestias saepe capiunt et vorant.

In Italia leones nunc absunt, sed in antiquis temporibus prope Romam feri leones errabant. In hoc momento tantum in Africa leones videre possumus. Pastores Africae leones timent, nam leones non solum oves pastorum vorant, sed etiam pastores ipsos!

Ferae et homines amici non sunt, sed inimici, quia ferae homines necare et vorare possunt. Canis amicus hominis est, ea bestia fera non est, sed domestica. Aliae bestiae sunt aves, aliae pisces. Aves sunt bestiae, quae in aere volant; pisces bestiae sunt, quae in aqua natant. Aquila est magna avis fera, quae parvas aves capit et est. Aves volare possunt, quia duas alas habent; pisces natare possunt, quia caudam habent. Homines volare non possunt, quia alas non habent. Homines in terra ambulant, quia duo pedes habent. Possuntne homines natare ut pisces? Alii homines natare possunt, alii non possunt. Sed homines numquam natare possunt ut pisces.

Cum avis volat, alae moventur; cum piscis natat, cauda movetur; cum homo ambulat, pedes moventur. Qui ambulat vestigia in terra facit. Qui volat aut natat vestigia non facit.

In horto et in silva multae aves sunt. Canis aves, quae inter arbores volant, aspicit. Canis ipse non volat, nam canis alas non habet.

Mercurius ut avis volare potest, nam in pedibus et in petaso eius alae sunt. Sed Mercurius non homo, sed deus est. Mercurius est deus mercatorum (Mercator est homo qui emit et vendit). Mercurius imperia deorum ad homines portat, is enim nuntius deorum est.

Pisces neque volare neque ambulare possunt. Neptunus natare potest; is enim deus maris est. Mercurius et Neptunus dei Romani sunt. Romani et Graeci deos multos habent. Homines deos neque videre neque audire possunt. Dei ab hominibus neque videri neque audiri possunt.

Pisces in aqua natant. Aquam in maribus et in fluminibus et in lacubus invenire possumus. Numerus piscium in maribus magnus est, quoque in fluminibus et in lacubus. Flumina et maria plena sunt piscium; lacus quoque sunt pleni harum bestiarum.

Qua de causa pisces in terra non vivunt, sed in aqua? Pisces in terra vivere non possunt, nam pisces in aere spirare non possunt. Cur homines in aqua vivere non possunt? Quia homines sub aqua spirare non possunt. Et qui spirat vivus est, qui non spirat est mortuus. Cum homo spirat, anima in pulmones intrat et rursus ex pulmonibus exit. Anima est aer qui in pulmones ducitur. Qui animam ducit animal est. Non solum homines, sed etiam bestiae animalia sunt. Alia animalia in terra vivunt, alia in mari.

Sine anima nemo potest vivere. Homo qui animam non ducit vivere non potest. Spirare necesse est homini. Esse quoque homini necesse est, nemo enim sine cibo vivere potest. Necesse est cibum habere. Pecuniam habere necesse est, nam qui pecuniam non habet cibum emere non potest.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos diez líneas.
2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Mercurius et Neptunus dei Romani sunt. Romani et Graeci deos multos habent. Homines deos neque videre neque audire possunt. Dei ab hominibus neque videri neque audiri possunt.*

2.2. *Cum homo spirat, anima in pulmones intrat et rursus ex pulmonibus exit. Anima est aer qui in pulmones ducitur. Qui animam ducit animal est. Non solum homines, sed etiam bestiae animalia sunt.*

2.3. *Homo qui animam non ducit vivere non potest. Spirare necesse est homini. Esse quoque homini necesse est, nemo enim sine cibo vivere potest. Necesse est cibum habere. Pecuniam habere necesse est, nam qui pecuniam non habet cibum emere non potest.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *En la villa no podemos encontrar lobos ni ciervos ni osos, que son animales salvajes, puesto que devoran a los animales domésticos y a los hombres mismos.*

3.2. *Mercurio es el mensajero de los dioses, porque lleva las órdenes de los dioses a los hombres.*

3.3. *El hombre necesita dinero si quiere comprar comida, pues sin dinero no puedes comer.*

4. Defina en latín los términos y expresiones siguientes: *bestia domestica, fera, Mercurius, Neptunus, anima, animal.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Qua de causa pastores Africae leones timent?*

5.2. *Qui sunt pisces?*

5.3. *Cur aves parvae aquilas timent?*

5.4. *Qua de causa pisces in terra vivere non possunt?*

5.5. *Cur homines volare non possunt?*

5.6. *Qua de causa pecunia nobis necesse est?*

5.7. *Mercuriusne est deus Graecus an Romanus?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?:*

6.1. *Equus et asinus bestiae ferae sunt, quia homines vorant.*

6.2. *Homines feras timent, quia ferae homines necare possunt.*

6.3. *Mercurius deus avium est, quia volare potest.*

6.4. *Neptunus est deus maris, sed natare ut pisces non potest.*

6.5. *Homines sub aqua vivere non possunt, quia caudam ut pisces non habent.*

6.6. *Anima est aer qui in pulmones ducitur.*

6.7. *Bestiae animalia sunt, sed non homines.*

7. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *bestiarum, hominibus, caudam, piscium, avibus, alas, pisces, marium, lacubus, fluminum.*

8. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *vivunt, vivere, habitat, habitare, potest, possunt, possumus, posse, movet, movebat, movetur, movere, moveri, audit, auditur, audiri, audiebatur, movebitur, audietur, motus, auditus, habitatus.*

9. Decline las expresiones siguientes: *mare plenum* y *piscis vivus.*

10. Ponga en voz pasiva las frases siguientes:

10.1. *Ferae alias bestias vorant.*

10.2. *Parvae aves aquilam timent.*

10.3. *Homines deos videre non possunt.*

10.4. *Homines pisces capiunt.*

10.5. *Aves alas movent.*

11. Complete los huecos con la terminación correcta:

11.1. *In vill__ Iuli__ mult__ besti__ domestic__ sunt.*

11.2. *Olim in Itali__ fer__ leon__ videre poteramus, nunc ii in Afric__ non solum ov__ sed etiam pastor__ vorant.*

11.3. *Fer__ inimic__ hominis sunt, sed can__ amic__ est, quia is homin__ neque nec__ neque vor__ solet.*

11.4. *Avis al__ movet cum vol__ ; hom__ ped__ cum ambul__ ; pisc__ caud__ cum nat__ .*

11.5. *Sin__ anim__ nemo pot__ viv__ .*

11.6. *Homin__ et cib__ et aer et pecuni__ necesse sunt. Hom__ qui neque cib__ neque aer__ neque pecuni__ hab__ viv__ non pot__ .*

12. Escriba las siguientes frases en plural:

12.1. *Canis ipse non volat, nam canis alas non habet.*

12.2. *Leo amicus hominis non est, quia si potest eum vorat.*

12.3. *Mercator est vir qui res emit et vendit.*

12.4. *Qui animam ducit animal est.*

13. Escriba las siguientes frases en singular:

13.1. *Non solum homines, sed etiam bestiae animalia sunt.*

13.2. *Pisces sine cauda natate non possunt.*

13.3. *In silvis invenire possumus leones et lupos et ursos.*

13.4. *Quando aves volant, alae moventur.*

14. Rellene los huecos con las palabras que faltan:

14.1. *Mercurius, _____ deorum, _____ deorum portat.*

14.2. *Mercurius et _____ dei _____ erant. Romani et _____ deos _____ colebant. Dei a nobis neque _____ neque _____ possunt.*

14.3. *Aquam in _____ et in _____ invenire _____ .*

14.4. *Maria _____ sunt _____ ; silvae quoque _____ sunt _____ .*

14.5. *Cur _____ in aqua _____ non possunt? _____ homines sub _____ spirare non _____ .*

14.6. *Qui _____ vivus _____ ; qui non _____ est _____ .*

CAPITVLVM XI

QUINTO PES DOLET, QUIA AEGER EST, NON SANUS

Marcus et Quintus et Iulia in horto sunt. Iulia pilam tenet et cum pueris pila ludere vult, sed ii cum puella ludere nolunt; pueri enim nidos quaerunt in arboribus. Itaque puella ludit cum cane sua Margarita.

Iulia: "Cape pilam, Margarita!". Canis pilam capit et caudam movet. Puella laeta ridet et canit. Pueri puellam canere audiunt. Quintus censet Iuliam vocem pulchram habere, sed Marcus respondet eius vocem pulchram non esse.

Dum puella cum cane sua ludit, Marcus nidum reperit et Quintum vocat. Quintus accurrit. Marcus, qui ipse ascendere non audet, iubet fratrem suum in arborem ascendere et ille ascendit; iam is supra Marcum in arbore est. Marcus interrogat quot sint ova in nido; Quintus respondet nulla ova, sed quattuor pullos in nido esse. Sed nidus est in tenui ramo, qui Quintum sustinere non potest, quia puer crassus est. Ecce ramus cum puero et nido et pullis ad terram cadit et omnes sub arbore iacent.

Marcus Quintum ad terram cadere videt. Ille non ridet, sed perterritus est, quia neque puer neque pulli se movent. Pulli mortui sunt. Quintusne mortuus est? Non, mortuus non est, nam Quintus spirat. Qui spirat mortuus esse non potest. Sed Marcus eum spirare non videt, neque enim anima videri potest.

Tum Marcus perterritus ad villam currit et magna voce patrem clamat. Iulius puerum vocare audit et exit in hortum. Pater filium perterritum ad se accurrere videt eumque interrogat quid sit. Marcus respondet fratrem suum mortuum esse.

Pater, ipse perterritus, cum Marco ad Quintum currit. Cum apud filium suum est, Iulius eum oculos aperire videt. Puer autem ambulare non potest, neque enim pedes eum sustinere possunt; ergo necesse est eum portare. Quintus a Iulio in villam portatur et in lecto ponitur. Aemilia filium suum a viro suo portari et in lecto poni aspicit.

Iulius ad atrium adit et servo Syro imperat: "I ad oppidum, Syre, atque medicum arcesse". Medicus Tusculi habitat. Itaque dominus servum suum Tusculum ire iubet atque medicum arcescere. Servus cum medico ad villam revenit. Medicus est vir qui homines aegros sanat, sed multi aegri a medico sanari non possunt.

Medicus interrogat quis aegrotet. Iulius respondet filium suum aegrotare et ambulare non posse, quia pes eius aeger est. Iulius medicum ad cubiculum Quinti ducit. Medicus cubiculum intrat, ad lectum adit atque puerum aspicit. Quintus quietus super lectum iacet nec oculos aperit. Medicus puerum dormire videt.

Quintus oculos aperit atque medicum adesse videt. Puer, qui medicum timet, nullum verbum facere audet.

Medicus: "Os aperi, puer! Linguam ostende!" Quintus os aperit atque medico linguam ostendit. Medicus linguam eius rubram esse videt. Medicus etiam dentes Quinti spectat et inter dentes albos unum nigrum videt. Non sanus est dens qui colorem nigrum habet. Medicus pedem Quinti spectat atque digitum ad pedem apponit: medicus pedem eius tangit. Puer digitum medici in pede suo sentit: "Ei, ei! Pes dolet".

Medicus (ad Iulium): "Tene bracchium pueri!" (ad Aemiliam:) "Tene poculum sub bracchio!" (ad Quintum:) "Claude oculos, puer!" Medicus Quintum oculos claudere iubet, quod puer cultrum medici timet.

Ecce medicus cultrum ad bracchium pueri apponit. Perterritus Quintus cultrum medici sentit in bracchio. Capilli horrent. Cor palpitat. Medicus venam aperit. Ruber sanguis de bracchio in

poculum fluit. Quintus sanguinem de brachio fluere sentit atque horret. Frons et genae albae sunt ut lilia...

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen de al menos diez líneas.

2. Tras la lectura detenida del texto indique a quién se refiere cada una de las afirmaciones siguientes:

- *Cum cane sua in horto ludit.*
- *Nidum reperit et fratrem suum vocat.*
- *Pilam capit et caudam movet.*
- *Ipse in arborem ascendere non audet.*
- *Ad oppidum it et medicum arcessit.*
- *Dentem nigrum habet.*
- *Filium a viro suo portari videt.*
- *Tusculi habitat.*

3. Traduzca los fragmentos siguientes:

3.1. *Quintus censet Iuliam vocem pulchram habere, sed Marcus respondet eius vocem pulchram non esse.*

3.2. *Marcus interrogat quot sint ova in nido; Quintus respondet nulla ova, sed quattuor pullos in nido esse.*

3.3. *Quintus a Iulio in villam portatur et in lecto ponitur. Aemilia filium suum a viro suo portari et in lecto poni aspicit.*

3.4. *Medicus linguam eius rubram esse videt. Medicus etiam dentes Quinti spectat et inter dentes albos unum nigrum videt.*

4. Traduzca al latín las frases siguientes:

4.1. *Quinto cae al suelo porque la rama del árbol donde estaba el nido era delgada.*

4.2. *El médico ve que el niño, que es traído por su padre, duerme.*

4.3. *La madre dice: "abre los ojos, cierra la boca". Los ojos son abiertos y la boca es cerrada por el niño.*

4.4. *Me duelen el pie, la boca y el brazo. Estoy enfermo, no sano.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Quid faciunt Iulii Aemiliaeque liberi in horto?*

5.2. *Qua de causa Marcus ipse in arborem non ascendit?*

5.3. *Quot pulli in nido sunt?*

5.4. *Quintusne mortuus erat?*

5.5. *Qua de causa puer a patre portari debet?*

5.6. *Quis est medicus? Unde medicus a Syro arcessitur?*

5.7. *Quid Quinto dolet, dens an pes?*

5.8. *Qua de causa pueri cor palpitat?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

6.1. *Medicus a servo portatur, quia ei pes dolet.*

6.2. *Pater filium suum de arbore cadere vidit.*

6.3. *Margarita Iuliam pilam capere et caudam movere aspicit.*

6.4. *Pulli crassi erant, itaque nidus ad terram cadit.*

6.5. *Cum puer medicum vidit, nullum verbum fecit, quia ille medicum timet.*

6.6. *Quamquam servus medicum arcessere volebat, medicus ambulare non poterat, quia erat ebriosus.*

7. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *pilam, pila, vocem, fratrum, arbore, pedis, pedi, ora, cor, corda, frontis.*

8. Analice y traduzca los verbos siguientes: *quaerunt, portatur, portari, i, arcesse, arcessitur, sint, sit, videri, posse, portabatur, portabuntur, portent, portentur, videbitur, videas, audiatur, audientur.*

9. Decline las expresiones: *vox pulchra* y *puer dolens.*

10. Complete los huecos con la terminación correcta:

10.1. *Puer__ cens__ voc__ Iuli__ pulchr__ esse.*

10.2. *Marc__ fratr__ su__ iub__ in arbor__ ascendere.*

10.3. *Quot pull__ in nid__ sunt?*

10.4. *"Os aper__, puer; lingu__ ostend__".*

10.5. *Quint__ ocul__ aper__ et medic__ adesse vid__.*

10.6. *Medic__ ped__ Quint__ spect__ atque digit__ ad ped__ appon__.*

11. Escriba las siguientes frases en plural:

11.1. *Pila cane capitur et cauda movetur.*

11.2. *Aeger es, non sanus, quia brachium tibi dolet.*

11.3. *Medicus est vir qui hominem aegrum sanat.*

11.4. *Pater filium suum aegrum esse aspicit.*

12. Escriba las siguientes frases en singular:

12.1. *Pueri nidos pullos habere vident.*

12.2. *Tenues rami pueros crassos sustinere non possunt.*

12.3. *Qui dentes nigros et linguam albam habent, sani non sunt.*

12.4. *Pueri aegri a servis portantur, quia pedes eos sustinere non possunt.*

13. Rellene los huecos con las palabras que faltan:

13.1. *Puella cum _____ ludit in _____.*

13.2. *Pueri nidos _____ in _____.*

13.3. *Marcus _____ quot _____ in nido _____. Quintus respondet ____ ova, sed _____ pullos in ____ esse.*

13.4. *Sed Marcus eum _____ non _____, itaque is censet _____ mortuum _____.*

13.5. *Puer _____ ad villam _____ et _____ vocat. Pater quoque _____ ad Quintum _____.*

13.6. *Quintus a _____ in villam _____ et in lecto _____.*

13.7. *Medicus _____ quis _____. Iulius _____ filium suum _____.*

13.8. *Quintus _____ de brachio _____ sentit. _____ et genae _____ sunt ut lilia.*

CAPITVLVM XII

AEMILIA HABET FRATREM, QUEM NON COGNOSCEBAMUS

Iam scimus familiam Iulii constare ex variis membris: patre, matre, liberis, servis et, id nondum sciebamus, uno avunculo. Avunculus est frater matris, id est, Aemilia habet fratrem, qui est avunculus liberorum eius.

Quid est nomen ei avunculo? Nomen ei est Aemilius. Soror saepe tristis est, quia frater eius Romae non habitat, sed in Germania. Aemilia, soror Aemilii, saepe non solum tristis, sed etiam tristissima est, quia Aemilius non habitat propem villam, sed longissime a villa. Nam Germania est provincia Romana, quae sita est longissime ab urbe Romana; id est, Germania est provincia longinqua.

Pater Aemiliae, nomine Patricius, avus liberorum eius, in Baetica vivit. Hispania constat ex tribus provinciis, quarum pulcherrima et ditissima est Baetica. Baetica est sita in meridie Hispaniae, longe a Roma. Sed nescio si Baetica sita sit tam longinqua quam Germania a loco ubi familia Iulii vivit. In geographica tabula Imperii Romani comprobo Germaniam longinquiorem esse quam Baeticam. Itaque Aemilia censet se miserrimam esse, quia volebat fratrem suum proximum esse familiae suae Romanae.

Quid agit avunculus Aemilius in loco ita longinquo, ut familia Romana eum visitare non soleat? Aemilius est miles, id est, vir qui scutum et gladium et pilum fert. In Germania sunt multi milites Romani qui cum inimicis Imperii pugnant. Aemilius est miles qui pedibus ambulat in pugnis. Itaque is est pedes. Cum miles equo vehitur, is appellatur eques. Equites Romani ex equis pugnant cum hastis et longis gladiis et scutis. Hasta equitum longior est quam pilum peditum; gladius peditum brevior est quam gladius equitum. Quam longa est hasta equitum? Octo pedes longa. Quam longus est gladius equitum? Tres pedes longus. Gladius equitum longior est quam peditum, sed etiam gravior. Qua de causa hae res ita sunt? Quia pedites cum armis longissimis et gravissimis facile ambulare non possunt, id est, ii talia arma ferre non possunt. Itaque gladius et pilum peditum breviores et leviores sunt quam gladius et hasta ab equitibus portati.

Exercitus Romanus, qui in Germania pugnat contra Germanos, quia ii amici Romanorum non sunt, constat ex peditibus et equitibus, id est, militibus qui ad pugnam eunt pedibus et equis. Exercitus est magnus numerus militum qui contra hostes ducitur. Appellatur dux exercitus vir qui exercitum ducit. Dux exercitui imperat, exercitus duci suo paret, nam dux ab exercitu metuitur.

Cum exercitus in longinquis terris contra hostes pugnant, ii habitant in castris. Aemilius, ut quicumque ad exercitum pertinet, in castris quoque habitat, in castris quae sunt proxima a fine Imperii. Castra sunt militum oppida. Saepe castra sunt maiora quam multa oppida Imperii; sed Urbs Roma est maxima omnium oppidorum et castrorum Imperii.

In castris Aemilii sex milia militum habitant. Nullas feminas aut pueros illic videre poterimus, nec enim feminae puerique militare possunt. Circum castra fossa et vallum longum et altum sunt. Quam altum est vallum castrorum? Prope decem pedes altum est, et duo milia passuum longum (unus passus est quinque pedes, ergo mille passus sunt quinque milia pedum). Si muri oppidorum antiquorum quindecim pedes alti erant et plures milia passuum longi, concludere possumus muros oppidorum altiores et longiores esse quam vallum quod castra antiqua circumdaret.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos quince líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Aemilia, soror Aemilii, saepe non solum tristis, sed etiam tristissima est, quia Aemilius non habitat propem villam, sed longissime a villa.*

2.2. *Itaque Aemilia censet se miserrimam esse, quia volebat fratrem suum proximum esse familiae suae Romanae.*

2.3. *Gladius equitum longior est quam peditum, sed etiam gravior. Qua de causa hae res ita sunt? Quia pedites cum armis longissimis et gravissimis facile ambulare non possunt, id est, ita talia arma ferre non possunt.*

2.4. *Appellatur dux exercitus vir qui exercitum ducit. Dux exercitui imperat, exercitus duci suo paret, nam dux ab exercitu metuitur.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *La madre está más triste que el padre, porque su hermano vive muy lejos de Roma.*

3.2. *La Bética no está tan lejos como Germania del lugar donde vive mi familia.*

3.3. *Eres un esclavo muy desdichado; eres más desdichado que el esclavo de Cornelio.*

3.4. *Las armas de los germanos son más largas y pesadas que las de los romanos.*

4. Tras la lectura detenida del texto indique a quién o qué se refieren cada una de las afirmaciones siguientes:

- *Frater Aemiliae est et in Germania habitat.*
- *Provincia Romana est, ubi sunt multi inimici Romanorum.*
- *Alia provincia Romana est, in meridie Hispaniae sita.*
- *Est vir qui scutum et gladium ferre solet.*
- *Est vir qui ex equo pugnat.*
- *Id longius est quam pilum peditum.*
- *Est vir qui exercitum contra hostes ducit.*
- *Ea maiora quam multa oppida sunt.*

5. Defina en latín los términos siguientes: *avus, avunculus, pedes, eques, exercitus, castra.*

6. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

6.1. *Quis erat Aemilius?*

6.2. *Qua de causa Aemilia saepe tristis erat?*

6.3. *Qua de causa Aemilius in Germania habitabat? Quid agebat illic?*

6.4. *Quomodo erant arma peditum Romanorum?*

6.5. *Qua de causa arma peditum leviora erant quam arma equitum?*

6.6. *Quomodo erant castra exercituum Romanorum?*

7. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

7.1. *Nomen avunculo liberorum Aemiliae Quintus est.*

7.2. *Miles est vir qui pecora ovium equorumque ducit.*

7.3. *Ditissima provinciarum Hispaniae erat Baetica.*

7.4. *Aemilius in Germania habitat, ubi tabernam rosarum habet.*

7.5. *Hasta equitum Romanorum octoginta pedes longa erat.*

7.6. *Exercitus est magnus numerus virorum qui in castris habitabant.*

7.7. *Castra Romanorum fossa et densis silvis circumdata erant.*

8. Escriba el comparativo y superlativo de los adjetivos siguientes: *altus, levis, gravis, brevis, propinquus, latus, fortis, miser, pauper.*

9. Decline la expresión: *gladius brevior.*

10. Analice y traduzca las formas verbales siguientes: *pugnemus, sit, pugnetis, eramus, pugnare, pugnari, pugnate, pugnatur, essent.*

11. Escriba las siguientes frases en plural:

11.1. *Avunculus liberorum feminae longissime a Roma habitat.*

11.2. *Miles Romanus contra Germanos prope fluvium Rhenum pugnabat.*

11.3. *Oppidum Hispanum maius erat quam oppidum Siciliense.*

11.4. *Pedes Romanus et scutum et gladium et pilum ferre solebat.*

12. Escriba las siguientes frases en singular:

12.1. *Duces Germanorum ante castra Romanorum milites suos conveniebant.*

12.2. *Muri oppidorum antiquorum longissimi et altissimi erant.*

12.3. *Sorores tristissimae erant, quia fratres suos saepe visitare non poterant.*

12.4. *Milites qui pedibus ambulant in pugnis pedites vocantur.*

13. Complete los huecos con la terminación correcta:

13.1. *Miles qui ex equ__ pugn__, is voc__ eques.*

13.2. *Avuncul__ liber__ in Germani__ pugn__ contra inimic__ Roman__.*

13.3. *Hast__ equit__ Roman__ long__ est quam pil__ pedit__.*

13.4. *Quam long__ est gladi__ equit__ Roman__? Tres ped__ long__.*

13.5. *Quam long__ est vi__ quae Rom__ et Capu__ iung__? Nesc__ quam long__ sit.*

13.6. *Si arm__ grav__ port__, facile ambul__ non poss__.*

13.7. *Exercit__ duc__ su__ par__, quia dux ab exercit__ metu__.*

13.8. *Castr__ ma__ quam mult__ oppid__ saepe erant.*

14. En las frases siguientes hay errores gramaticales. Detéctelos y corríjalos:

14.1. *Exercitus Romani in Germania pugnatur contra Germani, quia eos inimicos Romanorum sunt.*

14.2. *Appellatur duces exercituum viros quae exercitus ducunt.*

14.3. *Milites, qui ducibus metuunt, eos parent.*

14.4. *Mercurius imperia deis ad hominibus portantur.*

14.5. *Miles sunt quos in castris habitant.*

14.6. *Roma maius est omnium oppidorum Imperiis.*

CAPITVLVM XIII
HODIE DE ANNO ET MENSIBUS ET TEMPORIBUS
ANNI LOQUIMUR

Iam hora sexta est, quae meridies nominatur. Meridies diem dividit in duas aequas partes: ante meridiem et post meridiem. Meridie sol altissimus in caelo est. In hoc momento Aemilia apud filium Quintum aegrum sedet. Cubiculum luce solis illustratur. Dum filius in lecto adhuc dormit, Aemilia ad fenestram it caelumque spectat.

Sol altus in caelo est nec nubibus operitur. Iam ver abest et aestas adest. Ut scitis, tempora anni sunt quattuor: ver, aestas, autumnus et hiems. Tempus a Martio ad Maium ver dicitur; aestas a mense Iunio initium facit. Autumnus a Septembri incipit; hiems est tempus a mense Decembri ad Februarium.

Quintus, qui iam e somno excitatus est, e lecto surgere conatur, sed mater prohibet, quia iussu medici in lecto diu manere debet. Qui non sanus est, sed aeger quietum esse decet.

Mater, quae fenestram antea aperuerat, nunc claudit, ut cubiculum iterum satis obscurum fiat.

Quintus: «Quota hora est, mamma?»

Aemilia: «Hora sexta vel meridie».

Quintus: «O, quam longae sunt horae, cum necesse est totum diem in lecto iacere!»

Aemilia: «Ver adhuc est sed aestas iam adest. Dies atque horae longiores sunt vere quam hieme».

Quintus: «Quando longissimi sunt dies?»

Aemilia: «Mense Iunio».

Quintus: «Iamne mensis Iunius est?»

Aemilia: «Maius est: hic dies est mensis Maii postremus. Hoc anni tempore dies non tam calidi sunt quam aestate et noctes frigidiores sunt, sed non tam frigidae quam noctes hiemis.

Quintus: credebam primum mensis Iunii diem iam esse, id est, kalendas Iunias, quia dies mensis primus kalendae nominatur.

Aemilia: Minime! Hodie est pridie kalendas Iunias. Praeterea, fili mi, ut scis, dies tertius decimus post kalendas idus nominatur. Idcirco Idus Ianuariae dies tertius decimus est post kalendas Ianuarias. Item idus Februariarum dicitur dies tertius decimus mensis Februarii. Sed idus Martiae dies est quintus decimus mensis Martii, nam mense Martio (item Maio, Iulio, Octobri) idus non dies tertius decimus, sed quintus decimus post kalendas est. Dies nonus ante idus dicitur nonae (nonae Ianuariae: dies quintus Ianuarii; nonae Martii: dies septimus Martii, etc.)

Quintus: »Qui mensis anni calidissimus est?»

Aemilia: »Iulius«.

Quintus: »Cur ille mensis patris nomen habet?»

Aemilia ridet et respondet mensem Iulium non a patre eius nomen habere, quia non tantus vir est ille, sed a Iulio Caesare. Ante tempora Caesaris ei mensi erat nomen Quintilis a quinto numero, non a nomine filii eius!

Quintus: »Estne Iulius mensis quintus?» Puer digitis numerare incipit: »Mensis primus Ianuarius, secundus Februarius, tertius Martius, quartus...«

Aemilia: »Antiquis temporibus Martius non tertius, sed primus mensis erat; tunc igitur Quintilis, qui nunc Iulius nominatur, mensis quintus erat, non septimus ut nunc est.

Item mensi Augusto nomen erat Sextilis, quia sextus erat, nunc Augustus nominatur a Caesare Augusto. Sed hoc satis est. Iam necesse est te dormire«. Mater enim faciem filii aspicit eumque oculos claudere videt. Aemilia puerum dormire velle putat.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos quince líneas.

2. Tras la lectura detenida del texto indique a qué se refiere cada una de las afirmaciones siguientes:

- *Iam hora sexta est.*
- *Id est, tempus a mense Iunio ad mensem Septembrem.*
- *A mense Martio initium facit.*
- *Dies longiores sunt quam hieme.*
- *Eo modo nominatur primus mensis dies.*
- *Eo modo nominatur dies tertius decimus vel quintus decimus post kalendas.*
- *Id est, dies septimus Martii.*
- *Mensis anni calidissimus.*

3. Relacione los meses del año en latín con la posible procedencia de su nombre:

- | | |
|--------------------|-----------------------------|
| • <i>Ianuarius</i> | • <i>A deo Marte</i> |
| • <i>Martius</i> | • <i>Ab octo</i> |
| • <i>Iunius</i> | • <i>A dea Iunone</i> |
| • <i>Iulius</i> | • <i>A deo Iano</i> |
| • <i>Augustus</i> | • <i>A decem</i> |
| • <i>October</i> | • <i>A novem</i> |
| • <i>November</i> | • <i>A Iulio Caesare</i> |
| • <i>December</i> | • <i>Ab Octavio Augusto</i> |

4. Traduzca los fragmentos siguientes:

4.1. *Quintus, qui iam e somno excitatus est, e lecto surgere conatur, sed mater prohibet, quia iussu medici in lecto diu manere debet. Qui non sanus est, sed aeger quietum esse decet.*

4.2. *Tempus a Martio ad Maium ver dicitur; aestas a mense Iunio initium facit. Autumnus a Septembri incipit; hiems est tempus a mense Decembri ad Februarium.*

4.3. *Hoc anni tempore dies non tam calidi sunt quam aestate et noctes frigidiores sunt, sed non tam frigidae quam noctes hiemis.*

4.4. *Aemilia ridet et respondet mensem Iulium non a patre eius nomen habere, quia non tantus vir est ille, sed a Iulio Caesare.*

5. Traduzca al latín las frases siguientes:

5.1. *En verano los días son más largos y más cálidos que en invierno; en verano los días son larguísimos y muy cálidos.*

- 5.2. *El mes de julio recibe su nombre de Julio César, no de tu padre Julio.*
- 5.3. *El primer día del mes se llama Calendas y el día décimo tercero idus.*
6. Defina en latín los términos siguientes: *ver, autumnus, hiems, nonae.*
7. Responda en latín a las preguntas siguientes:
- 7.1. *Quota hora erat cum Quintus e somno excitatus est? Qua de causa in lecto adhuc manebat?*
- 7.2. *Quomodo nominatur anni tempus quod a mense Decembri initium facit?*
- 7.3. *In quo die fit dialogus inter matrem et filium? Quomodo est dies in isto anni tempore?*
- 7.4. *Qui mensis anni calidissimus est? In loco ubi habitas, qui mensis frigidissimus est?*
- 7.5. *Qui mensis primus erat in antiquis temporibus?*
- 7.6. *Qua de causa in tempore antiquo mensis Augustus Sextilis nominabatur?*
8. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
- 8.1. *Mater Marci fenestram claudit, quia ea dormire vult.*
- 8.2. *Marcus in lecto toto die iacere debet, quia aeger est.*
- 8.3. *Ver a mense Iunio initium facit.*
- 8.4. *Idus Februariæ dicitur dies primus mensis Februarii.*
- 8.5. *Mensis anni primus antiquis temporibus erat Ianuarius.*
9. Decline las expresiones *mensis calidior* y *dies longissimus*.
10. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *dividitur, fit, fiebam, incipiunt, incipiebamus, conatur, loquimur, nominatur, excitatus est.*
11. Complete los huecos con la terminación correcta:
- 11.1. *Di__ terti__ decim__ post kalend__ idus nominat__.*
- 11.2. *Idus Februari__ dicit__ dies tert__ decim__ mens__ Februari__.*
- 11.3. *Meridi__ est quando sol in cael__ altissim__ est.*
- 11.4. *Quando longissim__ sunt di__? Mens__ Iuni__.*
- 11.5. *Qui mens__ ann__ calidissim__ est? Mens__ Iuli__.*
12. Escriba las siguientes frases en plural:
- 12.1. *Qui sanus est, in lecto toto die manere non debet.*
- 12.2. *Hic dies calidissimus totius anni est.*
- 12.3. *Tempore antiquo Martius mensis primus erat.*
- 12.4. *Hic mensis a deo nomen habet.*
13. Escriba las siguientes frases en singular:
- 13.1. *Hiemes nobis displicent; aestates autem nos delectant.*
- 13.2. *Nocte quando sol non lucet, homines dormire solent.*
- 13.3. *Aestate noctes calidissimae sunt.*
- 13.4. *Quam longi sunt dies quando e domo exire non potes!*

CAPITVLVM XIV

IAM MANE EST, NAM GALLUS CANIT

Dum tota familia Iulii Aemiliaeque intra villam dormit, ecce gallus extra villam canit: «Cucurru! Cucurru!» Gallus canens novum diem salutatur et familia, quae nuper dormiebat, oculis apertis in lecto iam non iacet, sed e lecto surgit, praeter Marcum, qui oculos non aperit neque se movet, et Quintum, qui dormire non potuit, quod et caput et pes et brachium ei doluit. Itaque is tota nocte non dormivit, sed vigilavit. Id est, alter puer quietus dormivit, alter vigilavit. Alter e duobus pueris valet, alter aegrotat. Uter puer aegrotat, Marcusne an Quintus? Marcus valet, sed Quintus aegrotat.

Marcus et Quintus in uno cubiculo non cubant, sed uterque puer cubiculum suum habet. Utrumque cubiculum non magnum est, sed parvum. Marcus fenestra aperta dormit, itaque aer frigidus cubiculum Marci intrat. Quintus fenestra clausa dormire mavult, quia aeger est. Altera e duabus fenestris est aperta, altera clausa. Utra fenestra clausa est? Fenestra Quinti.

Davus cubiculum intrans interrogat: «Quomodo se habet pes tuus hodie?» Quintus respondet: «Pes male se habet, nec pes tantum, sed etiam caput et brachium dolet. O, quam longa nox est! Sed iam mane est, nam gallus cecinit. Da mihi aquam, Dave!» Davus Quinto aquam in poculo dat. Puer aquam bibit et servus puerum bibentem aspicit.

Davus Quintum in lecto iacentem relinquit et cubiculum Marci intrat. Marcus adhuc dormit. Davus ad puerum dormientem adit eumque excitat. Quomodo servus puerum excitat? In aurem pueri dormientis magna voce clamat: «Marce! Mane est!» Eo modo excitatur Marcus, et oculos aperiens servum apud lectum stantem videt. Iam neuter e duobus pueris dormit.

«Hora prima est» inquit Davus, «Surge e lecto!» Marcus e lecto surgit et ante lectum stat. Marcus Davum aquam afferre iubet: «Affer mihi aquam ad manus!» Servus Marco aquam affert et «Ecce aqua» inquit, «Lava faciem et manus! Manus tuae sordidae sunt. Aures quoque lava. Puer, non modo faciem, sed totum caput lava! Mergere caput in aquam!»

Marcus caput totum in aquam mergit atque etiam aures et capillum lavat. Aqua qua Marcus lavatur frigida est; itaque puer manus et caput solum lavat, non totum corpus.

Marcus caput et manus tergens Davum interrogat cur frater tam quietus sit. Davus respondet Quintum adhuc in lecto esse.

Marcus: «In lecto? Quintus, qui ante me surgere solet, adhuc dormit! Excita eum!»

«Non dormit» inquit Davus, «Frater tuus vigilat, nec surgere potest, quod pes et caput ei dolet».

Marcus friget, quia corpus eius nudum est et per fenestram apertam intrat aer; itaque Marcus vestimenta sua a servo poscit. Davus puero frigenti tunicam et togam dat, neque eum vestit: necesse est puerum ipsum se vestire. Marcus primum tunicam induit, deinde togam (ea est vestimentum album, quod viri et pueri romani gerunt. Graeci et barbari togam non gerunt).

Marcus, qui pedibus nudis ante lectum stat, calceos poscit. Davus ei calceos dat, et eum secum venire iubet. Marcus cum servo atrium intrat, ubi parentes sedent liberos exspectantes. Ante eos in parva mensa panis et mala sunt. Parentes a filio intrante salu-

tantur. Mater alterum filium non videns Davum interrogat quomodo Quintus se habeat. Davus respondet Quinto non modo pedem, sed etiam caput dolere.

Mater surgit et ad filium aegrotantem abit. Mater filio suo aegrotanti panem et malum dat, sed ille, qui multum esse solet, hodie nec panem nec malum est. Puer aegrotans nihil esse potest.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos quince líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Gallus canens novum diem salutat et familia, quae nuper dormiebat, oculis apertis in lecto iam non iacet, sed e lecto surgit, praeter Marcum, qui oculos non aperit neque se movet.*

2.2. *Davus ad puerum dormientem adit eumque excitat. Quomodo servus puerum excitat? In aurem pueri dormientis magna voce clamat [...] Eo modo excitatur Marcus, et oculos aperiens servum apud lectum stantem videt.*

2.3. *Davus puero frigenti tunicam et togam dat, neque eum vestit: necesse est puerum ipsum se vestire.*

2.4. *Parentes a filio intrante salutantur. Mater alterum filium non videns Davum interrogat quomodo Quintus se habeat. Davus respondet Quinto non modo pedem, sed etiam caput dolere.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *El gallo cantando saluda al nuevo día y despierta a la familia de Julio.*

3.2. *Quinto con los ojos abiertos no ha podido dormir en toda la noche.*

3.3. *¿Cuál de las dos ventanas estaba cerrada? La de Quinto.*

3.4. *Los padres son saludados en el atrio por el hijo al entrar.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *gallus, vigilare, toga, aegrotare.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Quid fecit familia cum gallum canentem audivit?*

5.2. *Qua de causa alter puer tota nocte vigilavit?*

5.3. *Utra fenestra clausa erat? Qua de causa?*

5.4. *Quomodo se habebat pes et caput Quinti?*

5.5. *Quomodo Davus Marcum excitat?*

5.6. *Cur Marcus tantum caput et manus lavat?*

5.7. *Quae vestimenta Marcus induit?*

5.8. *Qua de causa hodie Quintus non est?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

6.1. *Gallus, qui nuper dormiebat, a puero canente excitatus est.*

6.2. *Fenestra Quinti clausa erat, quia ille male se habet et aer frigidus iam est.*

6.3. *Marcus oculos non aperiebat, quod mortuus erat.*

6.4. *Utrum cubiculum minus erat? Cubiculum Marci.*

- 6.5. *Puer magna cum voce clamans servum cubantem excitat.*
- 6.6. *Parentes in atrio liberos exspectantes sedent.*
7. Decline las expresiones *gallus canens* y *fenestra clausa*.
8. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *canentem, aegrotanti, intrante, clamans, excitatus, salutatus, mavult, vigilaverunt, vestire, vestiri*.
9. Complete los huecos con la terminación correcta:
- 9.1. *Gall__ canent__ aud__ et e lect__ surgimus.*
- 9.2. *Marc__ ocul__ non aper__, quia adhuc dorm__; Quint__ autem tot__ noct__ non dorm__, sed vigil__, quia caput et bracchi__ ei dol__.*
- 9.3. *Alter__ e du__ puer__ valent__ videmus, alter__ aegrotant__.*
- 9.4. *Fenestr__ apert__ non sunt, sed claus__, quia in cubicul__ puer super lect__ adhuc iac__.*
- 9.5. *Serv__ cubicul__ intrant__ interrogamus.*
- 9.6. *Davus ad puer__ dormient__ ad__ eumque excit__. Puer a serv__ excitat__ e lect__ surg__. Iam neuter e du__ puer__ dorm__.*
- 9.7. *Marc__ caput et man__ terg__ interrog__ cur frater su__ tam quiet__ sit.*
10. Escriba las siguientes frases en plural:
- 10.1. *Puer, postquam e lecto surgit, servum dormientem vocat.*
- 10.2. *Dominus e lecto iam surrectus a servo induitur.*
- 10.3. *Vir in atrio liberos exspectans Graecus est.*
- 10.4. *Mater ad filium aegrotantem abit et filio aegrotanti malum dat.*
11. Escriba las siguientes frases en singular:
- 11.1. *Galli canentes familias dormientes excitant.*
- 11.2. *Pueri aqua frigida manus sordidas lavabant.*
- 11.3. *Puellae a servabus vestimenta et calceos poscebant.*
- 11.4. *Domini a servis interrogantibus salutantur.*
12. Complete los huecos con las palabras adecuadas:
- 12.1. *Quintus oculis _____ in lecto _____, quia aeger _____.*
- 12.2. *Ille tota nocte non _____, sed _____.*
- 12.3. *Fenestra Quinti _____ erat, quia aer _____ est.*
- 12.4. *Quinti pes et _____ et _____ male se habent.*
- 12.5. *Marcus e _____ surgit et ante lectum _____.*
- 12.6. *Quintus a servo _____ poscit et servus _____ ei _____.*

CAPITVLVM XV

IN LUDO SUMUS CUM MAGISTRO QUODAM GRAECO

Cum familia in villa prope Romam viveret, Marcus et Quintus librum et tabulam et ceteras res ferentes Romam cotidie ambulare debebant, ut in ludum irent. Romae multi ludi erant, quia Roma ingens urbs est: Roma maxima urbs orbis terrarum est. Marcus et Quintus, qui pueri sunt, in ludum puerorum ire debent, ubi magistrum invenire possumus, cui nomen est Diodorus, vir Graecus. Pueri magistrum hunc metuunt, Diodorus enim magister severissimus est, qui discipulos suos virga verberat: eo modo Diodorus discipulos improbos semper punire solebat. Discipuli sunt pueri qui in ludum eunt. Marcus et Quintus sunt duo discipuli; alii discipuli sunt Titus et Sextus.

Ante ludi ostium solus est Sextus, nam ceteri discipuli nondum aderant. Itaque Sextus, qui probissimus discipulus est, primus ludum intravit. Magister intrans Sextum solum in sella sedentem vidit. Sextus de sella surgens magistrum salutatur: «Salve, magister!». Magister respondet: «Salve, Sexte! Conside!». Sextus in sella tacitus ante magistrum sedet.

Cum in ludo magister et Sextus soli essent et ceteri discipuli abessent, magister quaesivit qua de causa Sextus solus esset. Sed discipulus nihil respondere potuit, quia nesciebat cur sodales abessent.

Fere semihora praeterita, Titus et Marcus ad ludum adveniunt et ianuam pulsant antequam intrant. Discipuli non statim intrant, sed primum ianuam pulsant; tum ludum intrant et magistrum salutant et in sellis considunt.

Cum discipuli iam consederunt, magister iubet libros aperire. Sextus statim librum suum aperuit, sed Titus id non fecit, quia librum non habebat. Magister interrogat: «Tite, cur librum non habes?». Puer respondet: «Librum non habeo, quod Marcus meum librum habet». Magister Marcum iratus aspicit et animadvertit Quintum in ludo non esse: «Marce, cur frater tuus hodie abest?». Puer respondet: «Quinto pes et caput dolet. Itaque ad ludum advenire non potuit. Qui aeger est, in ludum ire non potest, sed domi apud matrem suam esse debet». Magister adhuc iratus iterum interrogavit: «Quid tu librum Titi habes, Marce?».

Marcus: «Ego eius librum habeo, quod is meum malum habet. Tite, si me librum tuum reddere vis, primum mihi malum meum reddere debes».

Titus ridens: «Malum» inquit «tibi reddere non possum, id enim iam in ventre meo est!».

Marcus iratus Titum pulsare incipit, sed magister: «Desine, Marce!» inquit, «Titus tibi malum dare non potest, at ego tibi malum dabo, nisi hic et nunc Tito librum reddis!»

Marcus Tito librum reddit et omnes discipuli libros aperiunt. Eo momento, magister, qui iam librum suum aperuerat, recitare incipit. Pueri autem priorem libri partem tantum audiunt, nam antequam magister partem libri posteriorem recitare inceperat, omnes pueri dormiebant!

Magister recitare desinit et exclamat: «O improbi discipuli! Dormitis! Quod recitavi non audivistis!». Postea discipulorum terga virga verberat. Discipuli lacrimantes exclamant: «Ei, ei! Quid nos verberas, magister?»

Diodorus: «Vos verbero, quod alio modo vos excitare non possum. Ad sellas vestras redite atque considite!» Discipuli ad sellas suas redeunt, neque considunt, quia iis dolet ea corporis pars quam nominare non convenit. Hoc modo discipuli horam totam taciti nec dormientes stabant, dum magister sedens partem libri posteriorem recitabat.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos veinte líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Cum in ludo magister et Sextus soli essent et ceteri discipuli abessent, magister quaesivit qua de causa Sextus solus esset. Sed discipulus nihil respondere potuit, quia nesciebat cur sodales abessent.*

2.2. *Magister Marcum iratus aspicit et animadvertit Quintum in ludo non esse: «Marce, cur frater tuus hodie abest?». Puer respondet: «Quinto pes et caput dolet. [...] Qui aeger est, in ludum ire non potest, sed domi apud matrem suam esse debet.*

2.3. *Marcus iratus Titum pulsare incipit, sed magister: «Desine, Marce!» inquit, «Titus tibi malum dare non potest, at ego tibi malum dabo, nisi hic et nunc Tito librum reddis!».*

2.4. *Discipuli ad sellas suas redeunt, neque considunt, quia iis dolet ea corporis pars quam nominare non convenit. Hoc modo discipuli horam totam taciti nec dormientes stabant.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *Los niños van cada día a Roma a la escuela del maestro Diodoro llevando los libros y las tablillas.*

3.2. *El maestro al entrar vio que Sexto estaba solo sentado en una silla.*

3.3. *Devuélveme la manzana si quieres que te devuelva el libro.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *ludus, magister, discipuli, liber.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Ubi ambulabant cotidie Marcus et Quintus? Qua de causa?*

5.2. *Qua de causa magister Diodorus dicitur severissimus esse?*

5.3. *Quis ex discipulis probissimus erat? Cur?*

5.4. *Cur Sextus in ludo solus erat?*

5.5. *Qua de causa Titus librum non aperuit?*

5.6. *Quid agere debet qui aeger est?*

5.7. *Credis Titum Marco malum redditurum esse? Qua de causa?*

5.8. *Qua de causa discipuli non audiverunt quod magister recitaverat?*

5.9. *Qua de causa discipuli in sellis considere non potuerunt?*

5.10. *Censesne Diodorum probum magistrum esse? Qua de causa?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

6.1. *Ludus Marci et Quinti Malacae situs erat.*

6.2. *Diodorus magister severus erat, quia discipulos virga verberabat.*

6.3. *Probissimi omnium discipulorum Marcus et Titus erant.*

6.4. *Dum discipuli apud sellas stantes recitant, Diodorus in sella sedens dormiebat.*

6.5. *Quintus a ludo aberat, quia ei pes et caput dolebat.*

6.6. *Ubi erat Marci malum? In ventre Sexti.*

7. Escriba el participio de presente y pasado de los verbos: *dormire, stare, verberare, recitare, desinere, aspicere.*

8. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *viveret, dicitur, ferentes, ire, possumus, puniens, punivistis, sedentem, vidit, videret, essent, quaesivit, recitaverat.*

9. Complete los huecos con la terminación correcta:

9.1. *Discipul__ libr__ et tabul__ ferent__ in lud__ eunt.*

9.2. *Magister severissim__ discipul__ improb__ virg__ verber__ solet.*

9.3. *Discipul__ sero intrans__ magistr__ irat__ in sella sedent__ viderunt.*

9.4. *Marc__ Tit__ puls__, quia Tit__ mal__ eius in ventr__ su__ hab__.*

9.5. *Dum magister libr__ recit__, discipul__ in sellis sedent__ magistr__ non audi__, quia dormi__.*

9.6. *Cum puer__ iam consed__, magister imperavit discipul__ libr__ aperire.*

9.7. *Discipul__ verberat__, ad sell__ redeunt neque consid__, quia iis dolet ea corpor__ pars quam nomin__ non convenit.*

10. Escriba las siguientes frases en plural:

10.1. *Discipulus librum ferens ante magistrum recitare incipit.*

10.2. *Magister severissimus discipulum improbum iratus aspicit.*

10.3. *Puer dormiens ludi magistrum recitantem non audit.*

10.4. *Puella puero malum et librum reddidit.*

11. Escriba las siguientes frases en singular:

11.1. *Semihora praeterita, discipuli ludi ostium pulsaverunt et in ludum intraverunt.*

11.2. *Pueris verberatis, voces eorum ludum totum replebant.*

11.3. *Pueri magistros severissimos metuebant.*

11.4. *Milites Romani oppida Graeca expugnaverunt, sed magistri Graeci discipulos Romanos virgis verberaverunt.*

12. Complete los huecos con las palabras adecuadas:

12.1. *Roma_____ urbs _____ terrarum erat.*

12.2. *Diodorus _____ discipulos _____ punire _____.*

12.3. *Sextus, qui _____ discipulus _____, in ludum _____ intravit.*

12.4. *Magister _____ Sextum _____ in sella _____ vidit et Sextus de sella _____ magistrum _____.*

12.5. *Magister _____ interrogavit cur alii _____ abessent et Sextus _____ respondit, quia _____ cur sodales _____.*

CAPITVLVM XVI
DUM IN GRAECIAM MEDUS LYDIAQUE NAVIGABANT,
TEMPESTAS ORTA EST

Urbs Roma non ad mare, sed ad Tiberim flumen sita est viginti milia passuum a mari. Quod autem paulum aquae est in Tiberi, magnae naves in eo flumine navigare non possunt. Itaque parvae tantum naves Romam adeunt. Hoc modo Roma urbs maritima haberi non potest, quia ipsa portum maritimum non habet. Sed prope Romam invenitur Ostia, oppidum maritimum quod magnum portum habebat. Portus est locus in ora maritima quo naves ad terram adire possunt. Ora maritima, quoque litus appellata, est finis terrae, unde mare incipit. Ostia nomen suum habet propterea quod sita est eo loco quo Tiberis in mare Inferum influit.

In Italia multi portus sunt, in quos ex omnibus terris veniunt naves, quae merces in Italiam vehunt. Portus Ostiensis semper plenus est hominum qui in alias terras navigare volunt. Is qui navigare vult adit nautam qui bonam navem habet. Si aer tranquillus est, necesse est ventum opperiri. Ventus est aer qui movetur. Cum nullus ventus super mare flat, tranquillum est mare; cum magnus ventus flat, mare turbidum est et mare turbatum fluctus altiores facit quam naves. Nautae tempestates metuunt, nam magni fluctus naves aqua implere possunt. Tum naves et nautae in mare merguntur.

Pars navis posterior puppis dicitur. In puppi sedet nauta qui navem gubernat. Quomodo navis in medio mari gubernari potest, cum terra nulla videtur? Gubernator caelum spectat: in alto mari sol aut stellae ei duces sunt.

Hodie caelum serenum et ventus secundus est. Naves multae simul e portu Ostiensi egrediuntur. Inter eos homines qui naves conscendunt est Medus, qui ex Italia proficiscitur cum amica sua Lydia. Medus, qui Graecus est, in patriam suam redire vult. Graecia non modo ipsius patria est, sed etiam Lydiae.

Medus et Lydia ex Italia proficiscentes omnes res suas secum ferunt: pauca vestimenta, paulum cibi nec multum pecuniae. Praeterea Lydia parvum librum fert, quem sub vestimenta occultat.

Sole oriente navis eorum e portu egreditur multis hominibus spectantibus. Navis plenis velis altum petit. Aliae naves eam sequuntur.

Medus in puppim ascendit. Lydia eum sequitur. Ex alta puppi solem orientem spectant. Iam procul abest Ostia, homines qui in portu sunt vix oculis cerni possunt. Medus montem Albanum, qui prope villam Iulii situs est, cernit et «Vale, Italia!» inquit, «Valete montes et valles, campi silvaeque! Ego in terram eo multo pulchriorem, in patriam meam Graeciam!» Medus laetatur neque iam dominum suum severum veretur.

Paulo post nihil a nave cernitur praeter mare et caelum. Medus gubernatorem interrogat: «Quam in partem navigamus?» Ille respondet: «In meridiem. Ecce sol oriens mihi a sinistra est. Sole duce navem gubernabo. Bene navigamus vento secundo atque caelo sereno».

Dum ille loquitur, Medus occidentem spectat et nubes atras procul supra mare oriri videt. Gubernator vela aspiciens exclamat: «Quid malum hoc est? Nubes atrae ab occidente oriuntur et ventus simul cadit! O Neptune! Defende nos a tempestate!»

Paulo post totum caelum atrum fit, ac fulgur unum et alterum, tum multa fulgura caelum et mare illustrant. Statim sequitur tonitrus cum imbre, et simul magnus ventus flare incipit. Mare tempestate turbatur, ac navis, quae et homines et merces multas vehit, fluctibus iactatur et vix gubernari potest. Nautae multum aquae e nave hauriunt, sed navis nimis gravis est propter merces. Hoc videns gubernator «Iacite merces!» inquit nautis, qui statim merces graves in mare iacere incipiunt, spectante mercatore, qui ipse quoque nave vehitur. Ille tristis merces suas de nave labi et in mare mergi videt. Nemo

eum consolatur! Navis paulo levior fit, simul vero tempestas multo turbidior et fluctus multo altiores fiunt.

Medus perterritus exclamat: «O Neptune! Serva me!» sed vox eius vix auditur propter tonitrum. Ceteris perterritis, Lydia caelum intuetur et clamat: «Serva nos, domine!»

Medus: «Quis est ille dominus quem tu invocas?»

Lydia: «Est dominus noster Iesus Christus, qui non modo hominibus, sed etiam ventis et mari imperare potest».

Lydia iterum magna voce Christum invocat. Medus os aperit ac Neptunum iterum invocare vult, sed magnus fluctus os eius aqua implet. Medus loqui conatur neque potest.

Tum vero ventus cadere incipit! Iam fluctus non tanti sunt quanti paulo ante. Nautae fessi aquam haurire desinunt ac laetantes mare iterum tranquillum fieri aspiciunt.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos veinte líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Inter eos homines qui naves conscendunt est Medus, qui ex Italia proficiscitur cum amica sua Lydia. Medus, qui Graecus est, in patriam suam redire vult. Graecia non modo ipsius patria est, sed etiam Lydiae.*

2.2. *Paulo post nihil a nave cernitur praeter mare et caelum. Medus gubernatorem interrogat: «Quam in partem navigamus?» Ille respondet: «In meridiem. Ecce sol oriens mihi a sinistra est. Sole duce navem gubernabo. Bene navigamus vento secundo atque caelo sereno.*

2.3. *Nautae multum aquae e nave hauriunt, sed navis nimis gravis est propter merces. Hoc videns gubernator «Iacite merces!» inquit nautis, qui statim merces graves in mare iacere incipiunt, spectante mercatore, qui ipse quoque nave vehitur. Ille tristis merces suas de nave labi et in mare mergi videt. Nemo eum consolatur!*

2.4. *Tum vero ventus cadere incipit! Iam fluctus non tanti sunt quanti paulo ante. Nautae fessi aquam haurire desinunt ac laetantes mare iterum tranquillum fieri aspiciunt.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *Los hombres subieron a la popa cuando el puerto apenas podía verse.*

3.2. *Mirando las velas el timonel contempló las negras nubes que surgían por el oeste.*

3.3. *Los marineros contentos dejan de sacar agua porque las olas ya no son tan altas como antes.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *ora maritima, portus, Ostia, puppis, Lydia, Neptunus.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Ubi sita est urbs Roma?*

5.2. *Cur Ostia hoc nomen habet?*

5.3. *Quid nautae facere debent si aer tranquillus est?*

5.4. *Cur tempestates metuuntur?*

5.5. *Quomodo navis gubernatur cum terra nulla videtur?*

5.6. *Qui sunt Medus et Lydia? Quam in partem navigant? Qua de causa?*

5.7. *Unde nubes atrae oriuntur?*

5.8. *Qua de causa in antiquis temporibus necesse erat merces graves in mare iacere cum turbida tempestas orta erat?*

- 5.9. *Cur Medus Neptunum invocat?*
- 5.10. *Quando nautae e nave aquam haurire desiierunt?*
6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
- 6.1. *Lydia christiana erat quia Christum invocavit.*
- 6.2. *Qui navigare vult multum pecuniae nautae solvere debet.*
- 6.3. *Quando merces in mare iactantur mercatores et cantant et rident.*
- 6.4. *Roma apud Mare Nostrum aedificata erat.*
- 6.5. *Ostia, oppidum Hispanum, apud fluvium Tagum sita erat.*
- 6.6. *Cum terra nulla videtur, gubernator in puppi dormire solet.*
- 6.7. *Cum caelum serenum est, turbidi venti naves in mare mergunt.*
- 6.8. *Navis nimis gravis erat propter nautas crassissimos.*
- 6.9. *Medus loqui non potest quia multum vini bibit.*
7. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *laetantes, conatur, conari, conatus sum, fieri, fiebant, intueretur, iacite, labi, lapsus est, sequar, sequimini, secutus.*
8. Complete los huecos con la terminación correcta:
- 8.1. *Servus ex Itali proficiscent res suas secum ferat.*
- 8.2. *Sol orientem a portu egrediuntur.*
- 8.3. *Gubernator in puppi ascendit et servum eum sequi.*
- 8.4. *Ex altis puppi homines vix cerni possunt.*
- 8.5. *Gubernator interrogamus quam in partem navigat.*
- 8.6. *Dum velis aspicias nubem atram ab occidentem ori.*
- 8.7. *Spectant mercator, nautae merces graviores in mare iacta.*
9. Escriba las siguientes frases en plural:
- 9.1. *Ventus secundus est et navis e portu egredi incipit.*
- 9.2. *Qui navigare vult adit nautam qui bonam navem habet.*
- 9.3. *Urbs maritima ad mare sita est.*
- 9.4. *Tempestas multo turbidior fluctus multo altiores facit.*
10. Escriba las siguientes frases en singular:
- 10.1. *In Italia magni portus sunt, in quos veniunt naves Graecae.*
- 10.2. *Nautae tempestates metuunt, nam magni fluctus naves aqua implent.*
- 10.3. *Homines qui naves conscendunt Graeci sunt.*
- 10.4. *Nautae laetantes caelum saepe spectant.*
11. Complete los huecos con las palabras adecuadas:
- 11.1. *Paulo totum atrum ac mare.*
- 11.2. *Statim tonitrus cum et mare turbatur.*
- 11.3. *Mercator suas de labi et in mare videt.*
- 11.4. *Servus invocatur, sed eius vix propter.*
- 11.5. *Iesus noster est, qui et ventis et imperat.*

CAPITVLVM XVII

QUID AGUNT IN LUDO DISCIPULI? HODIE NUMERARE DEBENT

In ludo pueri numeros et litteras discunt, magister pueros numeros et litteras docet. Magister pueros multas res docere potest, nam is multas res scit quas pueri nesciunt. Qui multas res scit doctus est; indoctus est qui paulum aut nihil adhuc scit.

Qui paulum aut nihil discere potest, stultus esse dicitur. Qui discere non vult atque in ludo dormit, piger esse dicitur. Discipulus qui nec stultus nec piger est, sed prudens atque industrius, multas res a magistro discere potest.

Magister Diodorus recitare desinit et pueros aspicit, qui taciti stant ante suam quisque sellam; nemo eorum dormit. Magister discipulum quemque considerare iubet: «Nunc tempus est numeros discere. Primum dicite numeros a decem usque ad centum». Quisque puer manum tollit, primum Sextus, tum Titus, postremo Marcus. Magister Titum interrogat.

Titus: «Decem, undecim, duodecim, tredecim, quattuordecim, quindecim, sedecim, septendecim, duodeviginti, undeviginti, viginti, viginti unus, viginti duo...»

Hic magister eum interpellat: «Necesse non est omnes numeros dicere; a viginti dic decimum quemque numerum tantum, Tite!»

Titus: «Viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum».

Magister: «Bene numeras, Tite. Iam tu, Sexte, dic numeros a centum ad mille!»

Sextus: «Longum est tot numeros dicere!»

Magister: «At satis est decem numeros dicere, id est centesimum quemque».

Sextus: «Centum, ducenti, trecenti, quadringenti, quingenti, sescenti, septingenti, octingenti, nongenti, mille».

Magister: «Quot sunt triginta et decem». Titus et Sextus uno ore dicunt: «Quadraginta». Marcus vero dicit: «Quinquaginta». Quod Marcus dicit rectum non est. Responsum Titi et Sexti rectum est: ii recte respondent. Responsum Marci est pravum: is prave respondet.

Magister Titum et Sextum laudat: «Vos recte respondetis, Tite et Sexte. Discipuli prudentes atque industrii estis». Deinde Marcum interrogat: «Quot sunt triginta et novem?»

Marcus: «Triginta novem».

Magister: «O Marce! Id quoque pravum est. Triginta et novem sunt undequadraginta. Cur non cogitas antequam respondes? Ergo puer stultus es, Marce! Cogitare non potes! Nam stulte et prave respondes!» Magister Marcum non laudat, sed reprehendit.

Marcus: «Cur ego semper a te reprehendor, numquam laudor? Titus et Sextus semper laudantur, numquam reprehenduntur».

Magister: «Tu a me non laudaris, Marce, quia numquam recte respondes. Semper prave respondes, ergo reprehenderis!»

Marcus: «At id quod ego interrogor nimis difficile est. Atque ego semper interrogor!»

Magister: «Tu non semper interrogaris, Marce. Titus et Sextus saepe interrogantur».

Marcus: «Non tam saepe quam ego».

Titus: «Nos quoque saepe interrogamur, nec vero prave respondemus. Itaque nos a magistro laudamur, non reprehendimur».

Marcus: «Et cur vos semper laudamini! Quia id quod vos interrogamini facile est — ego quoque ad id recte respondere possum. Praeterea magister amicus est patribus vestris, patri meo inimicus. Itaque vos numquam reprehendimini, quamquam saepe prave respondetis; ego vero numquam laudor, quamquam saepe recte respondeo!»

Sextus: «At frater tuus saepe laudatur, Marce».

Magister: «Recte dicis, Sexte: Quintus bonus discipulus est, et industrius et prudens». Quintus a magistro laudatur, quamquam abest.

Sextus: Nonne tu laetaris, Marce, quod frater tuus etiam absens a magistro laudatur?»

Marcus: «Ego non laetor cum frater meus laudatur! Et cur ille laudatur hodie? Quia discipulum absentem reprehendere non convenit!»

Magister iratus virgam tollens: «Tacete, pueri!» inquit, «Nonne virgam meam veremini?»

Marcus: «Nos nec te nec virgam tuam veremur!»

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos veinte líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Qui paulum aut nihil discere potest, stultus esse dicitur. Qui discere non vult atque in ludo dormit, piger esse dicitur. Discipulus qui nec stultus nec piger est, sed prudens atque industrius, multas res a magistro discere potest.*

2.2. *Marcus: «Cur ego semper a te reprehendor, numquam laudor? Titus et Sextus semper laudantur, numquam reprehenduntur».*

Magister: «Tu a me non laudaris, Marce, quia numquam recte respondes. Semper prave respondes, ergo reprehenderis!»

2.3. *Marcus: «Et cur vos semper laudamini! Quia id quod vos interrogamini facile est — ego quoque ad id recte respondere possum. Praeterea magister amicus est patribus vestris, patri meo inimicus. Itaque vos numquam reprehendimini, quamquam saepe prave respondetis; ego vero numquam laudor, quamquam saepe recte respondeo!»*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *Los alumnos de pie delante del maestro empiezan a contar: veinte, cuarenta, cien y mil.*

3.2. *Marco, tú no eres alabado por tus amigos porque siempre respondes mal cuando te preguntan.*

3.3. *Quinto, hermano de Marco, es alabado por el maestro incluso ausente.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *stultus, piger, prudens, recitare.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Qui discipulus a magistro multum discit?*

5.2. *Cur discipuli nunc non dormiunt?*

5.3. *Quot sunt triginta et viginti?*

5.4. *Quot sunt centum et ducenti?*

5.5. *Quot sunt quadraginta et octo?*

5.6. *Qua de causa Marcus numquam a magistro laudatur?*

5.7. *Qua de causa frater eius Quintus semper laudatur etiam absens?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

6.1. *Triginta et decem sexaginta sunt.*

6.2. *Stultus est qui multum discere desiderat.*

6.3. *Impiger est qui discere vult.*

6.4. *Industrius est puer qui multa magistrum docere potest.*

6.5. *Cum Marcus prave respondet, a magistro reprehenditur.*

6.6. *Quintus semper reprehenditur, quia puer prudens et industrius est.*

6.7. *Sextus laudatur, quia magister patri eius amicus est.*

7. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *respondete, reprehendor, respondeatis, reprehendimini, respondebo, reprehendar, respondens, responsus, reprehensus est, responderunt, reprehensae eratis.*

8. Complete los huecos con la terminación correcta:

8.1. *Marc__ a magistr__ semper reprehendi__, quia numquam rect__ respond__.*

8.2. *Tit__ et Sext__ saepe interroga__ et prav__ numquam respond__.*

8.3. *Patr__ Tit__ et Sext__ inimic__ non su__.*

8.4. *Vos semper lauda__, quia id quod vos interroga__ facil__ est.*

8.5. *Marc__ non laeta__ cum frater a discipul__ lauda__.*

8.6. *Si nihil disc__ stult__ nominab__.*

8.7. *Diodor__, virg__ tu__ non vere__.*

9. Escriba las siguientes frases en plural:

9.1. *Discipulus piger a magistro non laudatur.*

9.2. *Discipulus prudens numquam reprehenditur.*

9.3. *Magistrum gravem discipulus improbus veretur.*

9.4. *Qui semper prave respondet, bonus discipulus non est.*

10. Escriba las siguientes frases en singular:

10.1. *Magistri pueros litteras et numeros docent.*

10.2. *Discipuli industrii multas res discere possunt.*

10.3. *Qua de causa non recte respondetis? Quia nihil scimus.*

10.4. *Discipuli in ludo dormientes verba magistrorum non audiunt.*

CAPITVLVM XVIII
QUID AGUNT IN LUDO DISCIPULI?
HODIE LITTERAS DISCERE DEBENT

Discipuli non modo numeros, sed etiam litteras discunt. Parvi discipuli, ut Marcus et Titus et Sextus, litteras Latinas discunt. Magni discipuli litteras Graecas et linguam Graecam discunt. Lingua Graeca difficilis est.

Litterarum Latinarum numerus est viginti tres, quarum sex vocales sunt et septemdecim consonantes. Litterae Y et Z in vocabulis Graecis modo reperiuntur. K littera, quae frequens est in lingua Graeca, littera Latina rarissima est.

Vocabulum *amica* quinque litteras habet et tres syllabas. Quaeque syllaba vocalem habet, ergo numerus syllabarum et vocalium idem est. Vocalis est littera quae per se syllabam facere potest. Consonans per se syllabam non facit, sed semper cum vocali in eadem syllaba iungitur. Cum syllabae iunguntur, vocabula fiunt. Cum vocabula coniunguntur, sententiae fiunt.

Qui litteras nescit legere non potest. Magister, qui pueros legere docet, ipse et libros Latinos et Graecos legere potest, nam is utramque linguam scit. In ludo pueri non modo legere, sed etiam scribere discunt. Quisque discipulus in tabula sua scribit eas sententias quas magister ei dictat. Ita pueri scribere discunt.

Magister discipulis imperat : «Promite regulas vestras et lineas rectas ducite in tabulis. Tum scribite hanc sententiam : *Homo oculos et nasum habet*. Quisque puer stilum et regulam promit et ducit lineam rectam in tabula sua ; tum scribere incipit. Discipuli eandem sententiam non eodem modo, sed variis modis scribunt. Sextus unus ex tribus pueris recte scribit ; Marcus vero prave scribit : OMO OCLOS ET NASU ABET.

Discipuli magistro tabulas suas dant. Is tabulam cuiusque pueri in manus sumit litterasque eorum aspicit. Eae Sexti pulchrae sunt, sed litterae Marci et Titi foedae sunt ac vix legi possunt. Magister suam cuique discipulo tabulam reddit, primum Sexto, tum Tito, postremo Marco, atque «Pulchre et recte scribis, Sexte», inquit, «Facile est tales litteras legere. At litterae vestrae, Tite et Marce, legi non possunt ! Foede scribitis, pigri discipuli!» Magister Titum et Marcum severe reprehendit.

Titus : «Certe pulcherrime sunt litterae Sexti, sed meae litterae pulchriores sunt quam Marci».

Magister : «Reddite mihi tabulas, Tite et Marce!»

Titus et Marcus tabulas suas reddunt magistro, qui eas simul aspicit. Magister litteras Titi comparat cum litteris Marci, et «Litterae vestrae» inquit «aeque foedae sunt: tu, Tite, neque pulchrius neque foedius scribis quam Marcus».

Titus : «At certe rectius scribo quam Marcus».

Magister : «Facile est rectius quam Marcus scribere, nemo enim pravius scribit quam ille! Non oportet se comparare cum discipulo pigerrimo ac stultissimo! Compara te cum Sexto, qui rectissime et pulcherrime scribit». Tum se vertens ad Marcum : «Tu non modo foedissime, sed etiam pravissime scribis, Marce! Nescis Latine scribere! Puer pigerrimus es atque stultissimus!» Iam Marcus multo severius reprehenditur quam Titus.

Marcus (parva voce ad Titum) : «Magister dicit 'me prave scribere': ergo litteras meas legere potest». At Magister, qui verba Marci exaudit, «Litteras tuas turpes» inquit «legere

non possum, sed numerare possum: quattuor litteras deesse cerno. Aspice: in vocabulo primo et in vocabulo postremo eadem littera H deest».

Marcus: «At semper dico 'omo abet'».

Magister: «Non semper idem dicimus atque scribimus. In vocabulo secundo V deest, in quarto M. Quid significant haec vocabula turpia *oclos* et *nasu*? Talia verba Latina non sunt! Nullum rectum est vocabulum praeter unum *et*, atque id vocabulum est frequentissimum et facillimum! Quattuor menda in quinque vocabulis! Nemo alter in tam brevi sententia tot menda facit!»

Magister stilo suo addit litteras quae desunt; ita menda corrigit. Tum vero «Nec solum» inquit «prave et turpiter, sed etiam nimis leviter scribis. Has lineas tenues vix cernere possum. Necesse est te stilum gravius in ceram premere». (Discipuli in cera scribunt, nam tabulae eorum cera operiuntur. Cera est materia mollis quam apes, bestiolae industriae, faciunt).

Magister calamum et chartam promit et ipse scribere incipit; is enim calamo in charta scribit, non stilo in cera ut discipuli. (Charta ex papyro efficitur, id est ex alta herba quae in Aegypto apud Nilum flumen reperitur. *Charta* et *papyrus* vocabula Graeca sunt).

Marcus magistrum scribere animadvertit eumque interrogat: «Quid tu scribis, magister?»

«Epistulam» inquit ille «ad patrem tuum scribo. Breviter scribo 'te esse discipulum improbum'».

Magistro scribente, Marcus «Prave scribis» inquit, «syllaba *im* superest. Dele illam syllabam et scribe 'discipulum *probum*'!»

Magister: «Tace, puer improbissime! Nihil deleo, immo vero vocabulum addo: 'te discipulum improbum atque *pigrum* esse' scribo!»

«Scribe '*probum* atque *impigrum*'!» inquit Marcus, nec vero haec verba a magistro audiuntur.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un resumen de al menos veinte líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. Marcus (*parva voce ad Titum*): «Magister dicit 'me prave scribere': ergo litteras meas legere potest». At Magister, qui verba Marci exaudit, «Litteras tuas turpes» inquit «legere non possum, sed numerare possum: quattuor litteras deesse cerno».

2.2. Magister: «Facile est rectius quam Marcus scribere, nemo enim pravius scribit quam ille! Non oportet se comparare cum discipulo pigerrimo ac stultissimo! Compara te cum Sexto, qui rectissime et pulcherrime scribit».

2.3. Magister stilo suo addit litteras quae desunt; ita menda corrigit. Tum vero «Nec solum» inquit «prave et turpiter, sed etiam nimis leviter scribis. Has lineas tenues vix cernere possum. Necesse est te stilum gravius in ceram premere».

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. Cuando unimos vocales y consonantes formamos (= hacemos) sílabas y palabras; cuando se unen palabras se forman (= se hacen) frases.

3.2. Sacad las tablillas y escribid una frase. Cada alumno saca su tablilla y con el punzón escribe varias palabras tras trazar una línea recta.

3.3. *Las letras de Sexto son más hermosas que las de Tito. En cambio Marco escribe muy feo y muy mal.*

4. Defina en latín los términos siguientes: *vocalis, consonans, sententia, tabula, cera, charta.*

5. Indique a quién se refieren las afirmaciones siguientes:

5.1. *Linguam Graecam et Latinam scit.*

5.2. *Pigrissimus discipulus est.*

5.3. *Linguam Graecam non discunt, quia difficillima est.*

5.4. *Pulcherrime scribit.*

5.5. *In tabulis cera opertis líneas rectas ducunt.*

5.6. *In charta epistulam ad patrem scribit.*

5.7. *Ille neque minus foede neque minus prave quam Marcus scribit.*

6. Responda en latín a las preguntas siguientes:

6.1. *Qua de causa pueri parvi linguam Graecam non discunt?*

6.2. *Quot consonantes linguae Latinae sunt?*

6.3. *Qua de causa numerus syllabarum et vocalium in vocabulis idem est?*

6.4. *Quomodo syllabae fieri possunt?*

6.5. *Qua de causa magister libros Latinos et Graecos legere potest?*

6.6. *Quis ex discipulis melius scribit? Quis pravius?*

6.7. *Quomodo sunt Titi litterae?*

6.8. *Quot litterae in sententia a Marco scripta desunt?*

6.9. *Ubi crescit herba ex quo charta efficitur?*

6.10. *Secundum opinionem magistri Marcus piger an impiger est? Qua de causa?*

7. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

7.1. *Lingua Latina faciliior quam Graeca est.*

7.2. *In vocabulis Graecis reperiuntur litterae ut W et F.*

7.3. *Vocabulum Imperator quattuor syllabas habet.*

7.4. *Quando magister Diodorus sententias scribit, multa menda facit, quia linguam Latinam nescit.*

7.5. *Litterae Titi pulchriores sunt quam Sexti.*

7.6. *Ex discipulis Marcus rectissime et pulcherrime scribit.*

7.7. *In epistula quam magister de Marco scribit is dicitur impigerrimus discipulus esse.*

8. Escriba el comparativo y superlativo de los adjetivos y adverbios siguientes: *parvus, magnus, difficilis, frequens, rectus, recte, prave, pulcher, pulchre, foede, stultus, piger.*

9. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *nesciebamus, legere, legimus, legeram, nesciunt, poterit, potestis, scribamus, scribemus, scriberetis, promite, duc, scripseramus, scribens, scriptum.*

10. Complete los huecos con la terminación correcta:

10.1. *Magister stil__ su__ addit litter__ quae des__.*

10.2. *Necesse est te stil__ grav__ in cer__ prem__.*

10.3. *Papyr__ est alt__ herb__ quae in Aegypt__ apud Nil__ reper__.*

10.4. *Tac__ puer improbissim__! Nihil del__, immo vero vocabul__ add__.*

10.5. *In sententi__ tu__ quattuor litter__ deesse cern__.*

10.6. *Magister litter__ Tit__ compar__ cum litter__ Marc__.*

10.7. *Is tabul__ cuiusque puer__ in man__ sum__ et litter__ eorum aspic__.*

11. Escriba las siguientes frases en plural:

11.1. *Quisque discipulus in tabula sua scribit sententiam a magistro dictatam.*

11.2. *Magister tabulam quam modo aspexerat discipulo reddit.*

11.3. *Compara te cum discipulo qui rectissime scribit.*

11.4. *Quid significat hoc vocabulum turpe?*

12. Escriba las siguientes frases en singular:

12.1. *Magistri qui multa sciunt, multa discipulos docere possunt.*

12.2. *Pueri stilos et regulas promunt et ducunt lineas rectas in tabulis.*

12.3. *Qui pigerrimi sunt in sententiis quas scribunt multa menda faciunt.*

12.4. *In vocabulis quae prave scripsistis multae litterae deerant.*

CAPITVLUM XIX
MARITVS ET VXOR

Iulius est bonus maritus qui uxorem suam neque ullam aliam feminam amat. Certe Iulius maritus melior quam Iuppiter est! Item Aemilia bona uxor est quae maritum suum neque ullum alium virum amat. Certe Aemilia uxor melior est quam Venus! Aemilia Iulium 'virum optimum' appellat. Item Iulius uxorem suam 'optimam omnium feminarum' vocat.

Iulius et Aemilia sunt parentes trium liberorum: duorum filiorum et unius filiae. Liberi adhuc parvi sunt. Ante decem annos Iulius pater familias non erat, tunc enim nec uxorem nec liberos habebat. Iulius adulescens viginti duorum annorum erat. Aemilia matrona non erat, sed virgo septendecim annorum, quae Romae apud parentes suos habitabat. Domus eorum non procul aberat ab alia domo, in qua Iulius cum parentibus suis habitabat. Iulius et Aemilia in eadem urbe habitabant, non in eadem domo.

Pater Iulii, qui iam mortuus est, magnam pecuniam habebat multasque villas magnificas possidebat praeter domum Romanam: is homo dives erat. Pater Aemiliae erat homo pauper, qui unam domum exiguam possidebat. Aemilia igitur virgo pauper erat, sed tamen Iulius eam amabat. Cur Iulius, adulescens dives, virginem pauperem amabat? Quia ea virgo proba ac formosa erat. Nec Iulius amorem suum occultabat, nam Aemiliam 'amicam' appellabat et multa dona ei dabat. Sed tamen Aemilia non Iulium amabat, sed alium virum Romanum. Ergo Iulius miser erat et nocte male dormiebat.

Vir qui ab Aemilia amabatur Crassus Dives nominabatur. Aemilia Crassum amabat, neque vero ab eo amabatur, quod parentes Aemiliae pauperes erant. Itaque ea quoque misera erat.

Aemilia numquam Iulium salutabat, eo in foro Romano viso, quamquam ipsa a Iulio salutabatur. Iulius cotidie epistulas ad Aemiliam scribebat, in quibus pulchritudo eius laudabatur verbis magnificis, ac simul cum epistulis rosas aliosque flores pulcherrimos ad eam mittere solebat. Initio Aemilia, epistulis Iulii acceptis, non legebat nec dona eius accipiebat, sed omnia ad eum remittebat; sed post paucos dies neque epistulae neque flores remittebantur...

Anno post Iulius et Aemilia coniuges erant sub eodem tecto habitantes. Iulius uxorem suam amabat et ab ea amabatur.

Etiam nunc, decem annis post, beati sunt coniuges. Iulius Aemiliam amat et ab ea amatur, neque amor coniugum hodie minor est quam tunc.

Iulius uxorem osculatur et «O Aemilia» inquit, «mea optima uxor! Decem anni longum est tempus, sed amor meus tempore non minuitur. Ut tunc te amabam, ita etiam nunc te amo».

Tum Aemilia, quae verbis Iulii delectatur, «O Iuli» inquit, «mi optime vir! Meus amor erga te multo maior est hodie quam tunc! Tempus amorem meum non minuit, immo vero auget!»

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen del mismo.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Nec Iulius amorem suum occultabat, nam Aemiliam 'amicam' appellabat et multa dona ei dabat. Sed tamen Aemilia non Iulium amabat, sed alium virum Romanum. Ergo Iulius miser erat et nocte male dormiebat.*

2.2. [...] *eo in foro Romano viso, quamquam ipsa a Iulio salutabatur. Iulius cotidie epistulas ad Aemiliam scribebat, in quibus pulchritudo eius laudabatur verbis magnificis, ac simul cum epistulis rosas aliosque flores pulcherrimos ad eam mittere solebat.*

2.3. *Iulius uxorem osculatur et «O Aemilia» inquit, «mea optima uxor! Decem anni longum est tempus, sed amor meus tempore non minuitur. Ut tunc te amabam, ita etiam nunc te amo».*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *Una vez leída la carta, Julio envió flores y otra carta a Emilia, a la que llamaba la mejor de todas las mujeres.*

3.2. *El esposo besa a la esposa y le dice que, aunque diez años es mucho tiempo, su amor no disminuye con el tiempo.*

3.3. *Aunque él siempre la saludaba, ella nunca lo saludaba, cuando lo veía, ni leía las cartas que cada día le escribía.*

4. Indique a quién se refiere cada una de las afirmaciones siguientes:

4.1. *Uxor melior est quam Venus!*

4.2. *Parentes trium liberorum sunt.*

4.3. *Mortuus iam est et magnam pecuniam habebat.*

4.4. *Aemilia illum virum amabat neque ab eo amabatur.*

4.5. *In illo tempore epistulas Iulii non legebat.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Qui sunt Iuppiter et Venus?*

5.2. *Ubi habitabat Iulius ante decem annos? Et Aemilia?*

5.3. *Quomodo erat pater Iulii, dives an pauper? Qua de causa?*

5.4. *Si Aemilia virgo pauper tunc erat, qua de causa ab adolescente divite amabatur?*

5.5. *Qua de causa in illo tempore Aemilia epistulas a Iulio missas legere nolebat?*

5.6. *Cur Iulii flores et epistulae iam non remittebatur?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

6.1. *Aemilia ante decem annos Iulium non salutabat quia ille adulescens pauper erat.*

6.2. *Aemilia epistulas a Iulio missas legere non poterat, quia caeca erat.*

6.3. *Iulius amorem suum occultabat, quia Aemilia improba et foeda virgo erat.*

6.4. *Iulius uxorem semper osculabatur, quia amor eius tempore non minuebatur.*

6.5. *Cornelius quoque Aemiliam amabat et ei longas epistulas scribebat.*

7. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *vocabatur, amato, amantes, vocatus, vocato, habitaverunt, erimus, occultabatur, occultans, dormiam, dormies.*

8. Ponga en plural las frases siguientes:

- 8.1. *Ille vir optimus appellatur.*
- 8.2. *Illa optima omnium uxorum appellabatur.*
- 8.3. *Adolescens et virgo apud parentes suos habitabant.*
- 8.4. *Pater eius magnam pecuniam habebat et multas villas possidebat.*
- 8.5. *Virginem pauperem amabat, quia proba et formosa erat.*

9. Ponga en singular las frases siguientes:

- 9.1. *Illi viri in iisdem domis et urbibus habitabant.*
- 9.2. *Patres et matres villas magnificas possidebant.*
- 9.3. *Divites pauperes amare non solent.*
- 9.4. *Illae feminae alios viros salutare nolebant.*
- 9.5. *Qui in Germania acriter militabant, mortui erant.*

10. Rellena el hueco con la terminación adecuada:

- 10.1. *Ante decem ann__ Iuli__ apud parent__ habitab__.*
- 10.2. *Liber__ adhuc parv__ sunt.*
- 10.3. *In eadem urb__ habit__ Iuli__ Aemiliaque.*
- 10.4. *Vir__ divit__ erant, sed femin__ pauper__.*
- 10.5. *Epistul__ accept__, legebatur.*
- 10.6. *Vir__ illum ea salut__ cum vid__.*
- 10.7. *Amor__ su__ non occult__, nam eam amic__ appell__.*

ANEXO II
EJERCICIOS DE REFUERZO
CAPÍTULO I

Prōvinciae Rōmānae

In imperiō Rōmānō sunt multae prōvinciae. Hispānia et Gallia sunt prōvinciae Rōmānae. Britannia quoque prōvincia Rōmāna est. Hispānia et Gallia et Britannia trēs prōvinciae in Eurōpā sunt. Ubi sunt prōvinciae Syria et Aegyptus? Syria in Asiā est, Aegyptus est in Āfricā. Britannia īnsula est. Num īnsulae sunt Gallia et Hispānia? Nōn sunt īnsulae; sed Corsica, Sardinia, Sicilia īnsulae sunt. Magna īnsula est Britannia. Sicilia quoque et Sardinia et Corsica magnae sunt īnsulae. Melita īnsula parva est.

Quid est Brundisium? Brundisium oppidum est. Quid est Dānuvius? Dānuvius est fluvius. Rhēnus quoque fluvius est. Rhēnus et Dānuvius sunt duo magnī fluvīi in Eurōpā. Nīlus quoque magnus fluvius est. Estne Nīlus in Eurōpā? Nōn in Eurōpā, sed in Āfricā est Nīlus. Num Rhodus fluvius est? Nōn fluvius, sed īnsula est. Rhodus est īnsula Graeca. In Graeciā multae sunt īnsulae parvae et magnae.

īnsvla et oppidvm vocābula Latīna sunt. In vocābulō īnsvla sunt sex litterae: littera p̄rīma i, secunda n, tertia s... i est littera et numerus. Numerī p̄rīmī sunt i, ii, iii, litterae p̄rīmae a, b, c.

1. Lectura comprensiva del texto.
2. Conteste en latín a las cuestiones siguientes:
 - 2.1. *Ubi sunt multae provinciae?*
 - 2.2. *Quae sunt Hispania et Gallia? Ubi sitae sunt?*
 - 2.3. *Estne Corsica oppidum an insula?*
 - 2.4. *Estne Nilus mare? Ubi situs est?*
 - 2.5. *Quomodo sunt insulae in Graecia?*
 - 2.6. *Num Rhodus oppidum est?*
 - 2.7. *Quae sunt A et B et C?*
 - 2.8. *Quae sunt V et X et XC?*
3. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
 - 3.1. *In Europa tantum tres provinciae Romanae erant.*
 - 3.2. *Corsica, Sicilia et Sardinia, magnae insulae, in Africa sitae sunt.*
 - 3.3. *Quid est Danuvius? Danuvius parvi fluvii nomen est.*
 - 3.4. *Iulii familia Romae habitat; Roma magnum oppidum est in Syria situm.*
 - 3.5. *Ubi est provincia Aegyptus? In Germania.*
4. Rellene los huecos con la terminación adecuada:
 - 4.1. *In Imperi ___ Roman ___ sunt mult ___ insul ___ et oppid ___ et fluv ___.*
 - 4.2. *In Africa non mult ___ provincia ___ Roman ___ erant.*

4.3. Nil__ et Danuvi__ magn__ et long__ fluv__ sunt; Tiberis fluv__ non tam long__ est quam ill__.

4.4. Num Rhod__ fluv__ est? Non, fluv__ non est, sed insul__.

4.5. In Hispani__ mult__ insul__ quoque sunt.

5. En las oraciones siguientes hay errores de concordancia, detéctelos y corríjalos:

5.1. Britannia magnae insula sunt.

5.2. Syria et Aegyptus provinciae Romana erat.

5.3. Hispanus sumus, quia in Hispania habitas.

5.4. Fluvii illi longus et magna erant.

5.5. Estne Nilus in Europa? Non, fluvium Nilus in Europae non est, sed in Africis.

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO II

Liberi et libri

Quid est Tūsculum? Tūsculum est oppidum Rōmānum. Estne magnum oppidum? Tūsculum nōn magnum, sed parvum oppidum est. Ubi est Tūsculum? Tūsculum est in Italiā.

Quis est Iūlius? Iūlius est vir Rōmānus. Cuius vir est? Iūlius vir Aemiliae est. Ubi est Iūlius? Est in oppidō Tūsculō. Estne Aemilia in oppidō? Aemilia in oppidō nōn est.

Cornēlius: «Ubi est vir tuus, Aemilia?»

«Iūlius, vir meus, in oppidō Tūsculō est. Sed ecce Mārcus, filius meus, et Dēlia.»

Cornēlius: «Quae est Dēlia?»

Aemilia: «Dēlia ancilla mea est.»

Cornēlius: «Estne Syra quoque ancilla tua?»

Aemilia: «Dēlia et Syra et cēterae multae sunt ancillae meae. In familiā meā sunt multae ancillae multique servī sed paucī liberī.»

Cornēlius: «Quot liberī in familiā tuā sunt?»

Aemilia: «Trēs.»

Cornēlius: «Quot filiī et quot filiae?»

Aemilia: «Duo filiī et ūna filia. Filiī meī sunt Mārcus et Quīntus, filia mea est Iūlia. In familiā meā sunt centum servī et trēs liberī.»

Cornēlius: «Centum est magnus numerus! In meā familiā parvus numerus servōrum est. Neque magnus est numerus liberōrum meōrum.»

Aemilia: «Quot liberī sunt in familiā tuā?»

Cornēlius: «Duo: ūnus filius, Sextus, et ūna filia, Cornēlia. Parvus est numerus liberōrum sed numerus librōrum meōrum nōn parvus est! Librī meī sunt magnī et parvī, antiquī novīque: centum librī Latīnī et Graecī.»

Aemilia: «Centum librī! Magnus est numerus librōrum tuōrum!»

Cornēlius: «Ecce liber meus novus; titulus librī est grammatica latina.»

Liberi et liber duo vocābula masculīna sunt. *Liberi* est plūrālis, *liber* singulāris est plūrālis: *libri*.

1. Haga la lectura comprensiva del texto.

2. Ponga en latín las frases siguientes:

2.1. *En la familia de Julio había pocos hijos y muchos esclavos y esclavas.*

2.2. *En mi familia tenemos pocos esclavos, pero un gran número de hijos.*

2.3. *En casa tengo cien libros. Cien es un número muy grande.*

3. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

3.1. *Quis est Iulius? Et tu?*

3.2. *Estne Syra ancilla Cornelii?*

3.3. *Quot liberi in familia Iulii sunt? Et quot servi servaeque?*

3.4. *Quid nomen libro novo est?*

3.5. *Ubi est Tusculum?*

4. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

4.1. *Tusculum in Hispania situm est, prope Malacam.*

4.2. *Iulius est filius Aemiliae, quae Syrae ancilla est.*

4.3. *In familia Iulii Aemiliaeque nulli serui sunt.*

4.4. *Liberi vocabulum Latinum est, generis feminini.*

4.5. *Centum parvus numerus est.*

5. Ponga en plural las frases siguientes:

5.1. *Liber meus parvus est.*

5.2. *Illud vocabulum Latinum non est.*

5.3. *Illa filia mea non erat.*

5.4. *In oppido multi viri sunt.*

5.5. *Librum antiquum habeo.*

6. Rellene los huecos con la terminación adecuada:

6.1. *Quis est Iuli__? Vir Roman__ est, qui in vill__ cum famili__ su__ habit__.*

6.2. *Aemili__ in oppid__ non est, sed Iuli__.*

6.3. *Mult__ liber__ in famili__ eius sunt, sed pauc__ serv__.*

6.4. *Neque magn__ est numer__ liber__ me__.*

6.5. *Ecce lib__ nov__ me__, cuius titul__ Grammatic__ Latin__ est.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO III

Pater dormit

Iūlia, filia Iūlii et Aemiliae, est parva puella laeta quae cantat et rīdet. Sed iam nōn cantat puella neque rīdet, sed plōrat: «Uhuhū!» Cūr plōrat Iūlia? Puella plōrat quia Mārcus eam pulsat. Mārcus est puer improbus quī parvam puellam pulsat – et rīdet!

Aemilia audit filiam quae plōrat.

Iūlia Iūlium vocat: «Pater! Pa-ater!»

Māter filiam audit, neque pater eam audit. Aemilia Syram ancillam interrogat: «Ubi est vir meus? Iūlia eum vocat. Cūr nōn venit?»

Syra: «Dominus dormit.»

Aemilia Iūlium nōn videt, sed audit: «Ssst–rrrch, sst–rrrch!» Iūlius dormit neque Iūliam audit.

Aemilia: «Ō! Filia plōrat – et pater dormit!»

Iūlia: «Uhuhū! Mārcus mē pulsat!»

Mārcus rīdet: «Hahahae!»

Pater audit filiam quae plōrat et filium quī rīdet. Iam nōn dormit Iūlius.

Ecce Iūlius venit et Aemiliam interrogat: «Cūr Iūlia plōrat et Mārcus rīdet?»

Aemilia respondet: «Mārcus rīdet, quia Iūlia plōrat, et Iūlia plōrat et tē vocat, quia Mārcus eam pulsat. Puer improbus est Mārcus!»

Iūlius Mārcum vocat. Mārcus venit et Iūlium irātum videt. Iam nōn rīdet puer. Pater irātus filium improbum verberat!

1. Lectura comprensiva del texto.

2. Ponga en latín las frases siguientes:

2.1. Emilia pregunta a la esclava: «¿Dónde está mi marido?». La esclava responde: «El señor duerme, por eso no oye a la niña que llora».

2.2. El niño malvado ríe cuando la niña pequeña llora.

2.3. El niño que ríe cuando su hermana llora es malvado.

2.4. Marco ya no ríe porque su padre enfadado le azota.

3. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

3.1. Qua de causa parva Iulia laeta non est, sed plorat?

3.2. Cur Marcus improbus dicitur in hoc capitulo?

3.3. Quid fecit Iulia quando plorare incipit?

3.4. Qua de causa Aemilia irata cum viro est?

3.5. Quid fecit Iulius quando e somno excitatus e lecto surgit?

4. Ponga en plural las frases siguientes:

4.1. Qui puellam parvam pulsat, probus puer non dicitur.

4.2. Femina virum quaerit, sed vir quiete dormit.

4.3. *Serva non ridet, sed plorat.*

4.4. *Pater filium improbum verberat.*

5. En las frases siguientes hay algún error de concordancia. Detéctelos y corríjalos:

5.1. *Mater filiae audiunt, neque pater ei audit.*

5.2. *Ubi est vir mei, Syra? Iulia eas vocas.*

5.3. *Iulius in lectum dormit neque Iuliae audit.*

5.4. *Marci mihi pulsat.*

5.5. *Pater iam audio filiam quam plorat et puer improbum verberat.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO IV

Nummus Dāvī

Aemilia, quae virum suum nōn videt, Dāvum interrogat: «Ubi est vir meus? Cūr nōn venit?»

Dāvus audit dominum, quī Mēdum vocat: «Venī, Mēde, improbe serve!»

Dāvus: «Audī! Dominus Mēdum vocat, sed Mēdus abest neque venit.»

Aemilia: «Mēdus nōn venit quia pecūniam dominī suī habet. Is servus improbus est! Sed ecce venit vir meus.»

Aemilia laeta est, quia Iūlius venit. Is irātus est, et sacculum suum in mēnsā pōnit.

Iūlius: «Ecce sacculus meus. Nōn centum, sed tantum decem nummī in sacculō meō sunt. Cēterī nummī meī sunt in sacculō Mēdī!» Dominus suum Mēdum servum accūsāt.

Aemilia: «Nōn decem, sed tantum novem sunt nummī in sacculō tuō.»

Iūlius pecūniam numerat: «Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, octō, novem. Quid? Novem tantum? Cūr ūnus nummus abest?»

Aemilia: «Quia in sacculō Dāvī est, neque tuus, sed Dāvī est nummus. Ecce Dāvus adest. Is nūllum tuum nummum habet. Nōn Dāvum, sed Mēdum accūsā!»

Dāvus: «Ecce parvus sacculus meus, domine. In eō ūnus est nummus, quī meus est.»

Iūlius: «Ō Dāve, nummum habē, bone serve! Nōn meus, sed tuus est. Sūme sacculum tuum et discēde!»

Rīdet Aemilia. Iam Iūlius quoque rīdet neque Dāvum, servum probum, accūsāt.

Dāvus sacculum suum sūmit et discēdit.

Iūlius: «Probus servus est Dāvus, eius est pecūnia quae in sacculō eius est. Sed mea est pecūnia quae est in sacculō Mēdī!»

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen en español del mismo.

2. Traduzca al español las frases siguientes:

2.1. *Nōn centum, sed tantum decem nummī in sacculō meō sunt. Cēterī nummī meī sunt in sacculō Mēdī!*

2.2. *Quia in sacculō Dāvī est, neque tuus, sed Dāvī est nummus.*

2.3. *«Probus servus est Dāvus, eius est pecūnia quae in sacculō eius est. Sed mea est pecūnia quae est in sacculō Mēdī!»*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *El señor cuenta las monedas que hay en su bolsa y sólo tiene nueve: ¿Por qué le falta una moneda? ¿Dónde está esa moneda?*

3.2. *La moneda que hay en la bolsa de Davo no es del señor sino del esclavo.*

4. Responda en latín a las frases siguientes:

4.1. *Quid faciebat dominus cum Aemilia eum quaerebat?*

4.2. *Qua de causa Medus non veniebat?*

4.3. *Quot nummi in sacco domini sunt?*

4.4. *Ubi est nummus qui in sacco domini deest?*

4.5. *Cuius est nummus qui in sacco Medii est?*

4.6. *Davusne probus an improbus est? Qua de causa?*

5. Escriba las siguientes frases en plural:

5.1. *Dominus servum vocat.*

5.2. *Ecce sacculus meus parvus.*

5.3. *Dominus pecuniam numerat.*

5.4. *Nummum habe, bone serve!*

5.5. *Vir iratus saccum in mensa ponit.*

6. Complete los huecos con la terminación que falta:

6.1. *Med__ non ven__ quia improb__ est et domin__ tim__.*

6.2. *Is null__ numm__ tu__ hab__, quia hic numm__ eius est.*

6.3. *Prob__ serv__ saccum__ su__ sum__ et disced__.*

6.4. *Domin__, non Dav__ sed Med__ accus__.*

6.5. *Me__ est pecuni__ quae est in saccum__ serv__ improb__.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO V

Liber novus

Cornēlius est dominus Rōmānus, quī duōs liberōs habet, Sextum filiū et Cornēliam filiā, et decem tantum servōs. Paucī sunt servī Cornēlii, quia Cornēlius nōn magnam pecūniam habet. Neque magnam villam habet Cornēlius, sed multōs librōs Latīnōs et Graecōs habet. Cornēlius est dominus quī librōs et litterās amat. Bonī et pulchrī librī eum dēlectant. Etiam Sextus, filiū Cornēlii, librōs et litterās amat.

Cornēlius suum Libanum servum vocat: «Venī, Libane!»

Libanus venit et dominum salūtat: «Salvē, domine! Ecce, servus tuus adest.»

Cornēlius salūtat servum suum: «Salvē, Libane! Tacē et audī!»

Servus tacet et audit. Cornēlius eum interrogat: «Ubi est liber meus novus? Cūr hīc in mēnsā nōn est?» Libanus tacet neque respondet.

Cornēlius imperat: «Respondē, serve!»

Libanus: «Nōn mē, sed filiū tuū interrogā!»

Cornēlius: «Quid?»

Libanus: «Liber tuus novus est in cubiculō Sextī. Filius tuus habet librum tuum.»

Cornēlius: «Quid agit puer cum librō meo?»

In cubiculō suō Sextus habet librum Cornēlii. Titulus librī est GRAMMATICA LATINA.

Sextus Cornēliam vocat: «Venī, Cornēlia! Ecce liber novus. Titulus eius est GRAMMATICA LATINA. In librō multa capitula sunt. Titulus capitulī primī est LITTERAE ET SYLLABAE. Ecce litterae Latīnae in pāginā primā: A, B, C, D, E, cēterae. Iam respondē, Cornēlia: quot litterae sunt in vocābulō LATINA?»

Cornēlia litterās numerat: «Ūna, duae, trēs, quattuor, quīnque, sex. In vocābulō LATINA sunt sex litterae: L, A, T, I, N, A.»

Sextus: «Et quot syllabae?»

Cornēlia: «Trēs: syllaba primā LA, secunda TI, tertiā NA.»

Sextus rursus eam interrogat: «Vocābulum GRAMMATICA quot litterās habet?»

Cornēlia litterās numerat et respondet: «Decem.»

Sextus: «Et quot syllabās?»

Cornēlia: «GRAM-MATICA: quattuor syllabās habet.»

Ex ātriō Cornēlius filiū suū vocat: «Sexte, venī!»

Sextus paret: ex cubiculō venit cum librō Cornēlii.

Cornēlius irātus filiū interrogat: «Estne liber meus novus in cubiculō tuō?»

Sextus librum in mēnsā pōnit: «Nōn est. Ecce liber tuus in mēnsā!»

Iam Cornēlius rīdet neque irātus est. Pater, quem librī et litterae dēlectant, laetus est quia etiam filiū librōs et litterās amat.

1. Haga la lectura comprensiva del texto.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Paucī sunt servī Cornēlii, quia Cornēlius nōn magnam pecūniam habet. Neque magnam villam habet Cornēlius, sed multōs librōs Latīnōs et Graecōs habet. Cornēlius est dominus quī librōs et litterās amat. Bonī et pulchrī librī eum dēlectant. Etiam Sextus, filiū Cornēlii, librōs et litterās amat.*

2.2. *Cornēlius imperat: «Respondē, serve!»*

Libanus: «Nōn mē, sed filiū tuū interrogā!»

Cornēlius: «Quid?»

Libanus: «Liber tuus novus est in cubiculō Sextī. Filius tuus habet librum tuum.»

Cornēlius: «Quid agit puer cum librō meō?»

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. Cornelio, amigo de Julio, no tiene mucho dinero, pero sí buenos y hermosos libros griegos y latinos.

3.2. Cornelio pregunta a su esclavo: «¿Dónde está mi libro nuevo?» El esclavo responde: «no me preguntes a mí, sino a tu hijo Sexto, porque tiene el libro nuevo en su habitación».

4. Indique a quién se refieren las afirmaciones siguientes:

4.1. *Tantum decem servos habet.*

4.2. *Cum sorore sua in cubiculo est et librum novum legit.*

4.3. *Servus Cornelii librum novum non habet.*

4.4. *Titulus libri novi est.*

4.5. *Illa fratri suo respondet.*

5. Responde en latín a las preguntas siguientes:

5.1. *Qui sunt Sextus et Cornelia?*

5.2. *Qua de causa Cornelius tantum decem servos habet?*

5.3. *Quae sunt res quae Cornelium plus delectant?*

5.4. *Ubi erat liber novus?*

5.5. *Quis est titulus capituli primi?*

5.6. *Quot litteras vocabulum PUELLA habet? Et quot syllabas?*

5.7. *Qua de causa Cornelius pater iam iratus non est?*

6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

6.1. *In villa Cornelii tantum filius Sextus libros amat.*

6.2. *Titulus libri novi Grammatica Hispana est.*

6.3. *In vocabulo PUER quinque litterae sunt et duae syllabae.*

6.4. *Ubi erat liber novus? Apud equum Cornelii, qui legere volebat.*

6.5. *Cornelius iratus iam non est, quia librum novum tandem invenit.*

7. Pon en plural las frases siguientes:

7.1. *Librum novum non invenio: serve, quaere.*

7.2. *Titulum libri novi nescio.*

7.3. *Pater iratus filium vocat.*

7.4. *Soror librum legere non potest, quia parva est.*

8. Rellene el hueco con la terminación que falta:

8.1. *Nov__ Corneli__ liber in mens__ non est, sed in cubicul__ Sext__.*

8.2. *Neque magn__ vill__ Corneli__ hab__, quia pauper est.*

8.3. *Domin__ Roman__ serv__ interrog__ ubi liber nov__ esset.*

8.4. *Ven__, Corneli__! In libr__ nov__ cuius titul__ Grammatic__ Latin__ est mult__ capitul__ sunt.*

8.5. *Respond__, serv__! Non me, sed fili__ tu__ interrog__.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO VI

Mēdus et Cornēlius

Lýdia est fēmina pulchra quae Rōmae habitat. Estne fēmina Rōmāna? Nōn Rōmāna est, sed Graeca. Lýdia autem procul ā Graeciā habitat. Estne sōla? Lýdia sōla habitat, neque sōla est Rōmae, nam multās amīcās Rōmānās et Graecās habet. Etiam amīcum habet Lýdia, neque is Rōmānus est, sed Graecus, neque Rōmae habitat, sed prope oppidum Tūsculum. Amīcus Lýdiae est Mēdus, servus Iūlii. Lýdia Mēdum amat et ab eō amātur.

Estne Mēdus apud dominum suum? Mēdus nōn est in villā apud dominum, neque Tūsculi est, sed in viā Latīnā inter Rōmam et Tūsculum. Quō it Mēdus sine dominō suō? Rōmam it.

Mēdus laetus est et cantat, quia ad amīcam suam ambulat. Sed iam tacet Mēdus. Cūr iam nōn cantat servus? Mēdus tacet neque cantat, quia videt dominum Rōmānum quī equō vehitur Rōmā Tūsculum. Quis est dominus quem videt Mēdus? Est Cornēlius, quī Tūsculi habitat. Is ā Mēdō timētur, quia Iūlii est amīcus.

Cornēlius (ad equum suum): «Ecce servus quī sōlus Rōmam ambulat. Cuius is est servus? estne servus Iūlii? Is est!» Verba Cornēlii ab equō tantum, nōn ā Mēdō audiuntur.

Iam Cornēlius prope Mēdum est, neque ab eō salūtātur! Neque Cornēlius servum salūtāt, sed interrogat: «Quis est dominus tuus, serve? Estne Iūlius?»

Mēdus, quī amīcum Iūlii timet, nūllum verbum respondet, et Rōmam ad amīcam suam ambulat. Iam Cornēlius post Mēdum est neque eum rūsus interrogat. Cornēlius, quī sōlus equō vehitur, interrogat equum: «Cūr servus mē nōn salūtāt, sed tacet neque respondet?»

Equus verba dominī audit neque verbum respondet, sed tantum «Hihihī!» – nam equus verba nōn habet!

Ecce Mēdus per portam Capēnam Rōmam intrat et laetus ad ōstium Lýdiae ambulat. Mēdus ōstium pulsāt et intrat.

Lýdia laeta amīcum suum salūtāt et ab amīcō suō salūtātur.

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen del mismo.

2. Traduzca del latín los fragmentos siguientes:

2.1. *Mēdus tacet neque cantat, quia videt dominum Rōmānum quī equō vehitur Rōmā Tūsculum.*

2.2. *Cornēlius, quī sōlus equō vehitur, interrogat equum: «Cūr servus mē nōn salūtāt, sed tacet neque respondet?»*

2.3. *Ecce Mēdus per portam Capēnam Rōmam intrat et laetus ad ōstium Lýdiae ambulat. Mēdus ōstium pulsāt et intrat.*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *La esclava que tiene amigos romanos no es romana sino griega, pero vive en Túsculo.*

3.2. *El señor romano que pregunta a su caballo se llama Cornelio, es amigo de Julio y no vive en Roma.*

3.3. *El caballo nada responde cuando su amo le pregunta, porque los caballos no hablan.*

4. Identifique a quién se refiere cada una de las frases siguientes:

4.1. *Multas amicas Romanas et Graecas habet.*

4.2. *Laetus cantat, quia ad amicam suam ambulat.*

4.3. *Verba eius tantum ab equo audiuntur.*

4.4. *Nihil respondet, quia nulla verba habet.*

5. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

5.1. *Cornelius, qui equo vehitur, laetus cantat, quia ad amicam suam iter facit.*

5.2. *Medus dominos Romanos timet, quia in sacculo suo Iulii pecuniam habebat.*

5.3. *Equus nihil respondet, quia pulchram equam prope eum vidit.*

5.4. *Cornelius insanus est, quia equum suum interrogare solet.*

6. Diga en latín: *él responde, ellos respondían, nosotros responderemos, que tú respondas, ellos han respondido, respondido, responde tú, responded vosotros.*

7. Ponga en plural las frases siguientes:

7.1. *Serva amicum suum amat et ab eo amatur.*

7.2. *Cum dominus servum interrogat, is nullum verbum respondet, quia dominum timet.*

7.3. *Domina domini verbum non audit neque respondit.*

7.4. *Serve, me saluta!*

8. Complete las frases siguientes con la terminación adecuada:

8.1. *Quia ad amic__ nostr__ ambul__, laet__ sumus.*

8.2. *Tacet__, serv__, quia domin__ Roman__ prope nos iam est.*

8.3. *Verb__ Corneli__ ab equ__ tantum audi__.*

8.4. *Quae est domin__ tu__, serva? Nesc__.*

8.5. *Qui equ__ veh__, saepe equ__ su__ interrog__ solent.*

9. Escriba lo contrario de lo que se dice en las frases siguientes:

9.1. *Serva laeta est.*

9.2. *Servus ridet.*

9.3. *Dominus intrat.*

9.4. *Dominus servo amicus est.*

9.5. *Prope oppidum habitas.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO VII

Speculum Aemiliae

Syra et Dēlia ancillae ex ātriō exeunt.

Syra: «Venī in cubiculum Iūliae. Illic bonum speculum est. Iūlia speculum Aemiliae in cubiculō suō habet.»

Syra et Dēlia in cubiculum Iūliae intrant. In cubiculō eius est parva mēnsa. Syra videt speculum, quod in mēnsā est.

Syra. «Ecce speculum in mēnsā. Claude oculōs, Dēlia!»

Dēlia oculōs claudit. Syra speculum sūmit et ante Dēliam tenet.

Syra: «Iam aperī oculōs!»

Dēlia oculōs aperit et sē videt in speculō, quod ā Syrā tenētur. Oculi Dēliae pulchrī sunt et fōrmōsus est nāsus eius. Dēlia est ancilla fōrmōsa.

Syra: «Ecce oculi tuī pulchrī et nāsus tuus fōrmōsus.»

Dēlia verbīs Syrae dēlectātur et sē ad eam vertit. In oculīs Syrae lacrimās videt.

Dēlia: «Quid est, Syra? Ecce lacrimae in oculīs tuīs!»

Syra: «Oculi mei nōn tam pulchrī sunt quam tuī et foedus est nāsus meus .»

Dēlia: «Ō Syra! Tergē oculōs! Oculi plēnī lacrimārum pulchrī nōn sunt. Sine lacrimīs pulchrī sunt oculi tuī, neque nāsus tuus foedus est, sed tam fōrmōsus quam – hoc pirum!»

Syra oculōs terget et Dēliam interrogat: «Iamne pulchrī sunt oculi mei?»

Dēlia rīdet et eī speculum dat: «Ecce speculum. Vidē oculōs tuōs in speculō.»

Syra speculum ante sē tenet – neque rīdet neque lacrimat.

Aemilia in cubiculō suō ancillās suās exspectat, neque ancillae veniunt; itaque Aemilia eās vocat: «Syra et Dēlia! Venīte!»

Ancillae, quae dominam suam audiunt, ex cubiculō Iūliae exeunt et in cubiculum Aemiliae intrant. Illic nōn solum Aemilia, sed etiam Iūlia adest.

Aemilia imperat: «Syra, ī cum Iūliā in hortum! Illic inter rosās ambulāte, nam Iūlia rosīs dēlectātur.» Syra cum Iūliā discēdit.

Aemilia (ad Dēliam): «Sūme speculum, Dēlia, et ante mē tenē!»

Dēlia: «Sed speculum tuum hīc nōn est.»

Aemilia: «Quid? Ubi est speculum meum? Cūr in mēnsā meā nōn est?»

Syra: «Speculum tuum est in cubiculō Iūliae. Iūlia speculum tuum habet.»

Aemilia: «Quid agit Iūlia cum speculō meō?»

1. Haga la lectura comprensiva del texto y un breve resumen del mismo.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Dēlia verbīs Syrae dēlectātur et sē ad eam vertit. In oculīs Syrae lacrimās videt.*

Dēlia: «Quid est, Syra? Ecce lacrimae in oculīs tuīs!»

Syra: «Oculi mei nōn tam pulchrī sunt quam tuī et foedus est nāsus meus .»

2.2. *Syra oculōs terget et Dēliam interrogat: «Iamne pulchrī sunt oculi mei?»*

Delia rīdet et eī speculum dat: «Ecce speculum. Vidē oculōs tuōs in speculō.»

Syra speculum ante sē tenet – neque rīdet neque lacrimat.

2.3. *Ancillae, quae dominam suam audiunt, ex cubiculō Iūliae exeunt et in cubiculum Aemiliae intrant. Illic nōn solum Aemilia, sed etiam Iūlia adest.*

3. Ponga en latín las frases siguientes:

3.1. *La esclava sujeta el espejo detrás de la señora y ésta se vuelve y ve en el espejo sus ojos y su nariz.*

3.2. *Esclavas, id al jardín y caminad entre las rosas con Julia, que tiene mi espejo.*

3.3. *Los ojos de la señora no son tan hermosos como los de las esclavas.*

4. Responde en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Quae sunt Delia et Syra? Quo intrant? Quid quaerunt?*

4.2. *Quid videt Delia quando oculos aperit?*

4.3. *Qua de causa Syra plorat?*

4.4. *Ubi domina servas exspectat?*

4.5. *Cur servae in hortum adire debent?*

5. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

5.1. *Syra et Delia servae Aemiliae sunt et in cubiculo Iuliae speculum inveniunt.*

5.2. *Quando Syra in speculo se aspicit, nihil videt quia caeca est.*

5.3. *Delia oculos aperit et plorat, quia ei nasus dolet.*

5.4. *Servae ex cubiculo Iuliae exeunt quando dominum audiunt.*

5.5. *Ubi erat speculum Aemiliae? In cubiculo Quinti.*

6. Ponga en latín las siguientes formas verbales: *oímos, oías, oído, oír, oíd, sujeta, sujetamos, sujetabas, sujetaré, es deleitado, se deleitaba, deleitado, deleitarse.*

7. Ponga en plural las frases siguientes:

7.1. *Sume speculum, serva.*

7.2. *I in hortum ubi est filia mea.*

7.3. *In mensa non est sacculus domini.*

7.4. *Puella inter rosas in horto ambulat, quia illa rosis delectatur.*

8. Complete el hueco con la terminación correcta:

8.1. *Ancill__ ex atri__ ex__ quando domin__ voc__.*

8.2. *In cubicul__ est parv__ mens__, ubi inven__ specul__ domin__.*

8.3. *Delia ocul__ aper__ postquam Syra specul__ sum__ et ante eam ten__.*

8.4. *Iam aper__ ocul__, fili__. Ocul__ et nas__ tu__ pulchr__ sunt.*

8.5. *Domin__ serv__ verb__ delectatur.*

8.6. *Ecce lacrim__ in ocul__ tu__!*

9. Complete las frases siguientes con la forma verbal más adecuada:

9.1. *Domina oculos _____ et in speculo se _____.*

9.2. *Verbis servae domina _____.*

9.3. *Filia una cum servabus inter rosas per hortum _____.*

9.4. *Oculi lacrimarum pleni _____.*

9.5. *Syra oculos ____ et Deliam _____.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO VIII

Ōrnāmenta dominae

Aemilia in cubiculō suō est cum Dēliā ancillā. Dēlia dominam suam ōrnat: margarītās pulchrās circum collum Aemiliae pōnit. Aemilia ōrnāmentīs dēlectātur neque sine ōrnāmentīs ē cubiculō exit. Multās margarītās et gemmās pulchrās habet, neque ūnum tantum ānulum, sed decem ānulōs gemmātōs. Aemilia multa ōrnāmenta ā virō suō pecūniōsō accipit.

Aemilia ancillae suae sacculum ostendit: «In hōc sacculō nōn nummī, sed ānulī sunt. Ecce ānulī gemmātī quī mē dēlectant.» Domina quattuor ānulōs gemmātōs ē sacculō sūmit et in mēnsā pōnit.

Dēlia: «Ō, quam pulchrī sunt illī ānulī!»

Aemilia ūnum ex quattuor ānulīs sūmit et Dēliae ostendit: «Aspice hunc ānulum! Pretium huius ānulī est mille et centum sēstertīi.»

Dēlia: «Id magnum pretium est!»

Dēlia ānulum sūmit et ante oculōs suōs tenet; gemmam ānulī aspicit.

Dēlia: «In hōc ānulō nōn tanta gemma est quanta in illō.» Dēlia mōnstrat alium ānulum gemmātum, quī in mēnsā est.

Aemilia: «Tanta gemma ad tam parvum ānulum nōn convenit. Et pretium illius gemmae nōn tantum est quantum huius. Haec gemma sōla mille sēstertīis cōnstat. Hunc ānulum pōne in digitō meō!»

Ancilla ānulum gemmātum in digitō dominae pōnit. In quō digitō? In digitō quārtō, nam ānulus ad eum digitum convenit. Aemilia laeta digitum suum aspicit.

Aemilia: «Speculum tenē ante mē!»

Dēlia speculum tenet ante dominam, quae sē cum margarītīs suis fōrmōsīs aspicit. Et ānulō et margarītīs dēlectātur.

Aemilia cum ōrnāmentīs ē cubiculō exit neque ōstium post sē claudit.

Dēlia, quae iam sōla est in cubiculō, ānulōs trēs quī in mēnsā sunt aspicit. Ōstium claudit, et ex ānulīs sūmit eum quī magnam gemmam habet.

Dēlia: «Quam pulcher est hic ānulus! Neque haec gemma nimis magna est. Etiam ad meum digitum convenit ānulus!»

Dēlia ānulum Aemiliae in digitō suō pōnit. Digitum cum ānulō laeta aspicit – neque cum ōrnāmentīs ē cubiculō exit.

Dēlia, quae ancilla proba est, trēs ānulōs rūrsus in sacculō dominae pōnit et sine ōrnāmentīs exit ē cubiculō. Dēlia ōstium post sē claudit.

Dominae Rōmānae multīs ōrnāmentīs pulchrīs ōrantur. Ancillae nūlla aut pauca ōrnāmenta habent.

1. Lectura comprensiva del texto.

2. Traduzca los textos siguientes:

2.1. *Tanta gemma ad tam parvum ānulum nōn convenit. Et pretium illius gemmae nōn tantum est quantum huius.*

2.2. *Dēlia speculum tenet ante dominam, quae sē cum margarītis suis fōrmōsis aspicit. Et ānulō et margarītis dēlectātur. Aemilia cum ōrnāmentīs ē cubiculō exit neque ōstium post sē claudit.*

2.3. *Dēlia, quae ancilla proba est, trēs ānulōs rūrsus in sacculō dominae pōnit et sine ōrnāmentīs exit ē cubiculō. Dēlia ōstium post sē claudit.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *La señora con la esclava sale de la casa sin los adornos y cierra la puerta.*

3.2. *La esclava que sujeta el espejo delante de Julia es griega.*

3.3. *Esta piedra preciosa cuesta tanto como este anillo.*

3.4. *La esclava contenta contempla su dedo adornado con un anillo de gran precio.*

4. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Quomodo serva dominam ornat?*

4.2. *Quot anulos domina habet?*

4.3. *A quo domina anulos accipit? Unde anulos sumit?*

4.4. *Quot constabat anulus quem Aemilia Deliae ostendebat?*

4.5. *In quo digito dominae serva anulum ponit?*

4.6. *Quid fecit serva Delia cum domina e cubiculo exit cum ornamentis?*

4.7. *Censesne serva proba an improba erat? Qua de causa?*

5. Traduzca las siguientes formas verbales: *delectatur, exiebat, ornat, aspice, pone, ponite, ponunt, ponebas, ponemus, habebunt.*

6. Ponga en plural las frases siguientes:

6.1. *Serva nullam margaritam et gemmam pulchram habebat.*

6.2. *Domina Romana a viro suo pecunioso ornamenta pretiosa accipit.*

6.3. *E sacculo anulum magni pretii serva sumit.*

6.4. *Aspice hunc anulum et hoc speculum.*

7. Ponga en singular las frases siguientes:

7.1. *Servae anulos sumunt et ante oculos dominarum tenent.*

7.2. *Ancillae improbae e cubiculo cum dominae ornamentis exeunt.*

7.3. *Puellae laetae digitos suos cum anulo ornatos aspiciunt.*

7.4. *Dominae Graecae quoque cum multis ornamentis pretiosis ornabantur.*

8. Complete con la terminación adecuada:

8.1. *Decem anul__ gemmat__ in mens__ cubicul__ domin__ erant.*

8.2. *Coll__ domin__ margarit__ pulchr__ ornatum est.*

8.3. *Domin__ quattuor anul__ gemmat__ a vir__ accip__.*

8.4. *Tant__ gemm__ ad tam parv__ anul__ non conven__.*

8.5. *Prob__ serv__ tres anul__ rursus in saccul__ domin__ pon__.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO IX

Domini equis vecti luporum vestigia reperiunt

Iūlius et Cornēlius sunt dominī Rōmānī. Iūlius est dominus pecūniōsus, quī magnam vīllam habet et magnam familiam, id est multōs servōs. Etiam decem equōs fōrmōsōs habet Iūlius.

Cornēlius nōn tam pecūniōsus est quam Iūlius: is decem tantum servōs habet, et ūnum equum album. Cornēlius equum suum amat.

Iūlius imperat: «Dūc equum ante ōstium, Syre!»

Ex decem equīs Iūlii Syrus sūmit illum nigrum quem dominus ante aliōs amat eum-que ante ōstium dūcit. Iam dominus in equō est. Iūlius equō vehitur Tūsculum ad amīcum suum Cornēlium.

Iūlius ante ōstium Cornēlii cōsistit et amīcum suum, quī exit, salūtat: «Salvē, amīce! Sūme equum tuum et venī in silvam!»

Amīcī duo oppidum relinquunt et per vallem ad silvam eunt. Equī laetī per campum currunt. Ovēs, quae errant in campō, equōs timent et ad pāstōrēs suōs accurrunt. Canēs pāstōrum lātrant. Iam equī fessī ante rīvum cōsistunt. Dum equī aquam bibunt e rīvō, dominī caelum aspiciunt. Nūlla nūbēs vidētur, sōl lūcet in caelō sine nūbibus. Itaque Iūlius et Cornēlius umbram petunt: campum relinquunt et in silvam intrant. Iam in umbrā sunt sub arboribus. Equī iam nōn currunt, sed inter arborēs ambulant.

Hīc equus Cornēlii consistit et hinnit: «Hihihī!» Equus terram ante sē aspicit et nāsūm pōnit ad terram.

Iūlius equum suum vertit et interrogat: «Cūr equus tuus cōsistit?»

Cornēlius: «Quia vestīgia videt in terrā.»

Iūlius: «Quae vestīgia?»

Cornēlius in terrā ante equum vestīgia quaerit et lupī vestīgia reperit. Vestīgia digitō mōnstrat: «Ecce vestīgia lupī. Nōn procul abest lūpus ipse.»

Lūpus autem procul in monte ululat: «Huhuhū!»

Equus Cornēlii, quī lupum audit, rūsus hinnit: «Hihihī!» Equus Iūlii, quī nōn tam bene audit quam Cornēlii, nōn hinnit.

Cornēlius: «Equus meus lupum timet.» Cornēlius equum suum tenet.

Iūlius: «Meus equus nōn timet lupum!»

Cornēlius: «Neque lūpus equum tuum timet!»

Cornēlius, quī prope vestīgia lupī etiam alia vestīgia reperit: «Quid hoc est? Nōn solum lupī, sed etiam ovis vestīgia hīc sunt!»

Iūlius: «Quid agit ovis in silvā cum lupō? Num lupum amat ovis?»

Cornēlius: «Nōn lupum ovis, sed lūpus ovem amat – atque amīcam ēst!»

1. Lectura comprensiva del texto.

2. Traduzca los textos siguientes:

2.1. *Equī laetī per campum currunt. Ovēs, quae errant in campō, equōs timent et ad pāstōrēs suōs accurrunt.*

2.2. *Cornēlius in terrā ante equum vestīgia quaerit et lupī vestīgia reperit. Vestīgia digitō mōnstrat: «Ecce vestīgia lupī. Nōn procul abest lūpus ipse.*

2.3. Iūlius: «*Quid agit ovis in silvā cum lupō? Num lupum amat ovis?*»

Cornēlius: «*Nōn lupum ovis, sed lupus ovem amat – atque amīcam ēst!*».

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *Cornelio no tiene tantos caballos como Julio, porque no es tan rico como él.*

3.2. *El amigo de Julio delante de su caballo encuentra huellas de lobo.*

3.3. *No solo hay huellas de lobo sino también de oveja.*

4. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Quid significat verbum Latinum pecuniosus?*

4.2. *Ex omnibus equis suis quem Iulius amat ante alios?*

4.3. *Qua de causa oves ad pastores accurrunt?*

4.4. *Cur domini Romani umbram petunt?*

4.5. *Qua de causa Cornelii equus consistit?*

4.6. *Quae vestigia in terra inveniunt?*

4.7. *Quid censes oves cum lupis in silva agere?*

5. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

5.1. *Iulius tantum equos nigros amat.*

5.2. *Cornelius equum suum non amat, sed canes.*

5.3. *Pastores, qui equos timent, ad oves suas accurrunt.*

5.4. *Equus Cornelii, qui bene audit, hinnit cum lupus procul in monte ululat.*

5.5. *Silva est locus, ubi multas arbores invenire possumus.*

6. Traduzca las siguientes formas verbales: *hinniebat, reperit, monstrate, aberamus, timetis, tenere, audiebatur, timetur, ēst, agebas, vectus, inventa.*

7. Ponga en pasiva las oraciones siguientes:

7.1. *Cornelius equum suum amat.*

7.2. *Equus Cornelii lupum audit.*

7.3. *Dominus equum suum tenet.*

7.4. *Meus equus non timet lupum.*

8. Ponga en plural las oraciones siguientes:

8.1. *Dominus cum servo in silva umbram petit.*

8.2. *In terra lupi vestigia quaero neque invenio.*

8.3. *Lupusne ovis amicus est?*

8.4. *Equus lupum timet, quia lupus, si potest, equum ēst.*

9. Complete los huecos con la terminación correcta:

9.1. *Formos __ equ __ Iuli __ hab __, sed ex omn __ equ __ su __ tantum illum nigr __ am __.*

9.2. *Pecunios __ non sum __, quia mult __ pecuni __ non habe __.*

9.3. *Quid ag __ cum equ __ in silv __? Umbr __ arbor __ pet __.*

9.4. *Tim __ lup __, pueri.*

9.5. *Hic non consist __ deb __, quia lup __ non procul ulul __.*

EJERCICIOS DE REFUERZO

CAPÍTULO X

Asinus quī currit

Iūlius, quī pāstōrem suum et ovēs aspicere vult, campum petit cum Mārcō et Quīntō filiīs. Filīi ambulāt, pater equō vehitur.

Dum Iūlius pāstōrem interrogat et cum eō ovēs numerat, puerī per campum errant. Sōl lūcet in caelō sine nūbibus. Ovēs herbam carpunt et edunt. Quīntus quoque herbam carpit neque ipse herbam ēst, sed ovibus dat. (Herba est cibus ovium, asinōrum, equōrum aliārumque bēstiārum, nōn hominum!) Ovēs laetae herbam edunt quam Quīntus ante eās tenet.

Avēs in āere volant et canunt, neque enim aquilam timent, quia ea procul in monte abest. Mārcus magnam avem suprā sē volāre videt.

Mārcus: «Aspice illam avem, Quīnte! Estne aquila?» (Illa avis nōn est aquila, nam cum parvae avēs aquilam volāre vident, inter folia et rāmōs arborum sē occultant.)

Quīntus nōn respondet, is enim currit ad asinum, quī prope rīvum herbam carpit. Quīntus, quī asinō vehī vult, ut pater eius equō vehitur, in asinum ascendit. Iam puer super asinum sedet et clāmat: «Curre, asine!» Sed asinus, quī puerum crassum vehere nōn vult, cōsistit neque sē movet.

Iam accurrit Mārcus et asinum baculō pulsat! Asinus perterritus Mārcum pede pulsat et currit! Quīntus ad terram cadit. Mārcus irātus post asinum currit, neque eum capere potest; fessus cōsistit et aquam bibit ē rīvō.

Iūlius cum pāstōre ad Quīntum, quī in terrā iacet, accurrit atque eum sustinēre vult, neque necesse est eum sustinēre, nam puer ipse ambulāre potest.

Iūlius Mārcum vocat: «Venī, Mārce!» Mārcus Iūlium vocāre audit et ad eum venit.

Dominī Rōmānī nōn asinīs, sed equīs vehuntur, aut lecticā ā servīs portantur.

1. Lea detenidamente el texto y haga un resumen del mismo de al menos diez líneas.

2. Traduzca los fragmentos siguientes:

2.1. *Avēs in āere volant et canunt, neque enim aquilam timent, quia ea procul in monte abest. Mārcus magnam avem suprā sē volāre videt.*

2.2. *Iam accurrit Mārcus et asinum baculō pulsat! Asinus perterritus Mārcum pede pulsat et currit! Quīntus ad terram cadit. Mārcus irātus post asinum currit, neque eum capere potest.*

2.3. *Iūlius cum pāstōre ad Quīntum, quī in terrā iacet, accurrit atque eum sustinēre vult, neque necesse est eum sustinēre, nam puer ipse ambulāre potest.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. El señor, que quiere que su hijo vea al pastor y a sus ovejas, vive en una villa cerca de la ciudad.

3.2. ¿Qué ave es esa que vemos volar entre las ramas y las hojas de los árboles del jardín?

3.3. Un asno golpeaba a Marco y éste asustado caía al suelo.

4. Indique a quién o qué se refiere cada una de las afirmaciones siguientes:

- 4.1. *Cum Iulio oves numerat.*
- 4.2. *Equo vehitur et post eum filii ambulant.*
- 4.3. *Aves aspiciunt et interrogant quae sint.*
- 4.4. *Ad asinum currit.*
- 4.5. *Perterritus eum pede pulsat.*

5. Responda en latín a las preguntas siguientes:

- 5.1. *Quid est asinus?*
- 5.2. *Quomodo iter faciebat Iulius? Qui cum eo ambulabant? Quo ibant?*
- 5.3. *Qua de causa Quintus in terra iacebat?*
- 5.4. *Quid est aquila?*
- 5.5. *Qua de causa parvae aves hodie in caelo volant et laetae canunt?*
6. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*
- 6.1. *Domini Romani semper asinis vehuntur, quia pauperes sunt.*
- 6.2. *Quintus aquilam videt et ad eam accurrit, quia aquila vehi vult.*
- 6.3. *Postquam puer asino pede pulsatur, ille in terra iacet.*
- 6.4. *Quando pater Quintum in terra pulsatum videt, baculo filium verberare vult.*
- 6.5. *Aquila est avis fera quae parvos pueros capit et vorat.*

7. Traduzca las siguientes formas verbales: *audis, auditis, audiebamus, audies, audite, auditus, audioistis, audire, audiri, interrogatus.*

8. Ponga en voz pasiva las oraciones siguientes:

- 8.1. *Oves herbas in campo carpunt.*
- 8.2. *Asinus puerum pede pulsat.*
- 8.3. *Puer aquilam aspicit.*
- 8.4. *Equi dominos Romanos vehunt.*

9. Rellene los huecos con la terminación adecuada:

- 9.1. *Iuli__ cum pastor__ ov__ numer__.*
- 9.2. *Quint__ herb__ quoque carp__ et ov__ dat.*
- 9.3. *Herb__ cib__ est ov__, non homin__.*
- 9.4. *Av__ aquil__ hodie non tim__, sed laet__ can__, quia aquil__ hodie abest.*
- 9.5. *Asin__ Quint__ puls__, quia puer__ crass__ veh__ non vult.*

ANEXO III
DE CENTAURIS I⁷

Centauri mira monstra fuerunt, quibus vultus, pectora et bracchia hominum erant, cetera vero corporis membra equina; naturam vero ferocem et saevam habebant.

Olim Pirithous, Lapitharum rex, cum Hippodamen, formosissimam virginem, uxorem ducere vellet, ideo convivium paraverat, ad quod etiam feros Centauros una cum ceteris per nuntios vocavit. Servi domum totam multis pulchrisque floribus exornaverant, vestibus pretiosis omnes lectos straverant, in mensas vasa argentea, in quibus cibos optimos apponebant, et pocula aurea, in quae fundebant dulcissimum vinum, imposuerant. Tibicines et fidicines tam iucunda carmina canebant, ut omnes hospites valde delectarentur. «Sane laudandi sunt» dicebant inter se, «et servi, qui tam bene omnia ad convivium paraverunt, et hi fidicines tibicinesque, qui tam pulchre canunt, ut valde animos nostros delectent. Sed ubi est uxor Pirithoi?»

Cum haec dicerent, Hippodame, pulcherrima virgo, una cum aliis feminis et matronis triclinium intravit. Omnes Pirithoum felicem illa coniuge dicebant. Pirithous vero: «Cibos et vinum, amici» ait, «sine mora a ministris postulate: ii enim dabunt vobis quidquid optaveritis! Gaudeamus, neque quisquam maereat! Quisquis de hoc laeto convivio gaudet, poculum tollat et bibat mecum! Nunc bibendum et gaudendum est!»

Diu igitur omnes laeti ab ovo usque ad mala fabulabantur optimos cibos gustantes et vinum, quod ministri in pocula fundebant, magno cum gaudio potantes.

1. Traduzca el texto.

2. Defina en latín los términos siguientes: *centauri, Pirithous, Hippodame, tibicines, servi, hospites, lecti*.

3. Responda en latín a las preguntas siguientes:

3.1. *Quomodo erant natura centauri?*

3.2. *Quomodo Pirithous centauros ad convivium paratum vocavit?*

3.3. *Qua de causa servi qui mensas parabant laudandi erant?*

3.4. *Quid hospites a ministris postulare debebant?*

4. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

4.1. *Hippodame foedissima virgo erat.*

4.2. *Servi domum totam armis ornaverant.*

4.3. *Omnes Pirithoum infelicem miserumque illa femina dicebant.*

4.4. *Omnes in convivio tristes erant, quia pessimos cibos servi apponebant.*

5. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *gaudendum est, postúlate, fabulabantur, potantes, optaveritis, strati*.

6. Analice sintácticamente las estructuras subrayadas que aparecen en el texto.

⁷ Los textos *De centauris I* y *II* provienen del *Ad capitulum XXXI.3, De Centauiromachia*, del volumen de las *Fabulae Syrae*, págs. 71-72.

DE CENTAURIS II

At subito Centauri, qui plurima meri pocula funditus exhausserant, multo vino ebrii, mensas humi proiecerunt et totum convivium turbare coeperunt. Quidam eorum, nomine Eurytus, qui maxime ebrius erat, Hippodamen rapuit; alii rapuerunt quas poterant; puellarum matronarumque clamoribus tota domus replebatur: «Heus, tu, monstrum!» clamabant, «Abstine manus a me!» «O viri, auxilium ferte!» Omnes igitur viri, cum haec indigna scelera fieri viderent, statim e lectis surrexerunt. Theseus, fortissimus iuvenis, ad Eurytum conversus: «Quae stultitia te» inquit, «sceleste, capit, qui Pirithoo ita nocere conaris? Te hoc turpissimum scelus sine poena facere non sinam!»

Theseo autem loquenti nihil Eurytus respondit, (neque quidquam dicere poterat, ut verbis se defenderet!) sed iniuriae iniuriam addidit et saevis pugnis eius os ac nobile pectus pulsavit. Tunc Theseus «Profecto tu», inquit, «qui non modo feminam illam pulcherrimam abducere ausus est, sed etiam me nunc verberas, capite puniendus es!»

Haec verba locutus, signum magnum et grave, quod triclinium ornabat, sustulit et in Centauri os misit. Ille, sanguinem cum vino mixtum ex ore effundens, cecidit supinus in terram neque iam moveri potuit. Tum alii Centauri ferociter pugnare coeperunt et «Arma! Arma!» magnis vocibus clamabant.

Cum vero vinum animos valde excitaret, saeva pugna facta est. Plures ex utraque parte moriebantur: nec tamen Lapithae deterrebantur ne Centauros oppugnarent, sed: «Fortissimus quisque arma sua capiat!» clamabant; «Centauri necandi sunt! Pereant Centauri!» neque prius pugnare desierunt, quam maximam Centaurorum partem interfecerunt, ceteros vero aufugere viderunt.

1. Traduzca el texto.

2. Defina en latín los términos siguientes: *ebrius*, *Theseus*, *Eurytus*, *triclinium*, *iniuria*, *interficere*, *aufugere*, *merum*.

3. Indique a quién se refieren las afirmaciones siguientes:

3.1. *Plurima meri pocula biberant.*

3.2. *Plures ex utraque parte moriebantur.*

3.3. *Quidam centaurorum Hippodamen rapuit.*

3.4. «*Abstine manum a me*», *clamabat illa.*

3.5. *Fortissimus iuvenum erat.*

4. Ponga en latín las oraciones siguientes:

4.1. *El que ha raptado a la hermosísima joven debe ser castigado con la pena capital.*

4.2. *Que todos los valientes cojan las armas.*

4.3. *Debemos matar a los centauros.*

4.4. *No pudimos mover la estatua grande y pesada que adornaba la casa.*

5. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *necandi sunt*, *excitaret*, *addidit*, *surrexerunt*, *deterrebantur*, *desierunt*, *abstine*.

6. Analice sintácticamente las estructuras subrayadas que aparecen en el texto.

BAUCIS ET PHILEMON I⁸

Iuppiter, deorum et hominum rex, et Mercurius, filius eius, olim in formam hominum se mutaverunt et ad terram descenderunt ut mores hominum viderent. Aliquando igitur velut pauperes vestiti urbem magnam intraverunt ubi multae tabernae mercatoriae, multa templa, ingens amphitheatrum erant. Illic sperabant se homines bonos inventuros esse. Itaque singulas domos ubi divites habitabant adibant, cibum rogabant, ab incolis urbis quaerebant num apud eos aliquantum requiescere possent. At nemo illorum, etsi omnes magnas divitias habebant, bono animo erat, immo nonnulli iis minabantur atque eos celeriter abire iuebant.

O, superbam et infestam pauperibus urbem! Eius incolae tantum opes suas tuebantur atque copiam nummum amicitiae praeferebant, pauperes vero contemnebant. Timebant tantum ne quis opes suas surriperet neve ipsi pecuniam suam amitterent. Ita haud raro fiebat ut di verba pessima audirent atque a liminibus in vias pellerentur. Nam divites dicebant: «Abite et nolite reverti! Nullus vobis apud nos est locus! Ne iterum ianuam huius domus pulsaveritis!»

Iuppiter et Mercurius, talia passi, iam vix credebant ullos esse homines bonos in orbe terrarum. Vesperi autem parvam casam conspexerunt. «Utinam» inquit Mercurius, «illic homines bono animo, non nimia audacia habitent! Utinam ne nos in viam pellant!» His verbis dictis ianuam pulsaverunt casae, in qua Baucis cum Philemone habitabat. Hi quamquam senes et pauperiores, tamen feliciores et meliores erant homines quam ceteri cives.

Ubi sonum audiverunt, Philemon ianuam aperuit, advenas intrare et considerare iussit. Deinde statim ignem suscitavit quem foliis et cortice sicco nutrit ne hospites frigora sentirent; ipsi enim ne ligna quidem habebant atque domus frigida erat. Tum Philemon holera ex horto allata in culina paravit et coxit. Postremo veterem lectum vilibus vestimentis operuit: nec enim alia pretiosiora aut cariora habebant. Postquam di accubuerunt, anus mensam apposuit. Ibi in vasis primum holera et olivas et caseum et panem, deinde pruna et nuces et mala et uvas et poculum lactis plenum hospitibus obtulerunt. In media mensa vero favum cum melle apium posuerunt.

1. Traduzca el texto.

2. Defina en latín los términos siguientes: *Iuppiter, Mercurius, Baucis, Philemon, divites, pauperes*.

3. *Verumne an falsum? Et si falsum, qua de causa?*

3.1. Mercurius, deorum et hominum rex, in formam hominis mutatus aliquando ad terram descendit.

3.2. Illis diis, cum domos divitum adibant ad cibum rogandum, nonnulli cives minabantur.

3.3. Illa ingens urbs benigna pauperibus erat.

⁸ Los textos de *Baucis et Philemon I y II* provienen del *Ad capitulum XXXII.4, Baucis et Philemon*, de las *Fabulae Syrae*, págs. 89-92.

3.4. Baucis et Philemon, cives iuvenes, miseriores et peiores quam ceteri cives erant.

3.5. Cum sonum audiverunt, ambo senes flere coeperunt, quia multum advenas timebant.

3.6. Illi senes in culina nihil paraverunt, quia ut pauperes omnibus egebant.

4. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *intrate, iusserat, sentirent, coxere, coquens, coquendo, coctus*.

5. Analice las estructuras que encuentre subrayadas en el texto.

BAUCIS ET PHILEMON II

Hospites ederunt et biberunt nec tamen umquam lactis copia in poculo minuebatur. Caseus etiam maior, mel dulcius, uvae maiores, rubriores, dulciores erant quam antea. Baucis haec animadvertit et seni nuntiavit. Ille protinus stupens «Advenae» parva voce inquit, «mortales non sunt! Fortasse meliorem et dulciorem cibum cupiunt! Nostrum anserem occidemus et coctum apponemus».

Senex igitur domo in hortum exiit ut anserem necaret. Anser autem celerior erat quam senex qui ob aetatem iam nimis tardus factus erat. Itaque etsi senex omnibus viribus anserem capere conabatur, tamen consequi non poterat. Qui demum per ianua[m] apertam domum intravit atque ad deos ipsos confugit. Di autem senem, qui cultrum dextra tenebat, anserem necare vetuerunt. Deinde alter e duobus haec verba addidit: «Di sumus, vestram casam relinquite et nobiscum ad summum collem venite!»

Tum Baucis et Philemon, baculis sumptis, taciti dis paruerunt et profecti sunt. Tandem ad summum collem pervenerunt. Tunc eos di rursus ad casam prospicere iusserunt. At illic senes nullas alias domos praeter suam casam viderunt quae sola in latere collis stabat; nam omnia cetera palude erant submersa. Itaque spectantes maerebant quod omnes incolae urbis perierant.

Interea di domum eorum in templum mutaverunt cuius tectum auratum, ianua gemmis ornata, columnae candidae erant. Tum Iuppiter, «Nolite» inquit «propter cives improbos lacrimare. Nolite eorum reminisci. Quis enim ignorat quam superbi fuerint? Quis nescit quanta mala pauperes apud eos passi sint? Dicite igitur, si quid habere velitis, et ego vobis libenter dabo». At illi timide «Sacerdotes» responderunt «tui templi esse velimus, dum vivemus, tum etiam eodem die mori, quoniam neuter nostrum solus vivere potest. Nulla alia re nobis opus est».

Libenter rex deorum atque hominum hoc, quod postulabant, iis dedit. Multos igitur annos Philemon et Baucis sacerdotes templi Iovis fuerunt, et tandem eodem die di eos in arbores mutaverunt. Eorum inter ramos etiamnunc incolae illius loci florumserta ponere solent.

1. Traduzca el texto.

2. Defina en latín los términos siguientes: *advena*, *incola*, *templum*, *anser*, *hospes*, *mortalis*.

3. Responda en latín a las preguntas siguientes:

3.1. *Quid accidit postquam hospites edere et bibere coeperunt?*

3.2. *Qua de causa illi senes anserem suum occidere constituerunt?*

3.3. *Qua de causa senex anserem consequi non potuit?*

3.4. *Quo pervenerunt senes casa relicta?*

3.5. *Cur illi propter cives lacrimare non debebant?*

3.6. *Quomodo dii cives improbos puniverunt?*

4. Analice y traduzca las formas verbales siguientes: *necaret*, *necavissemus*, *necavero*, *apponemus*, *nolite*, *venite*, *relinque*, *relicto*, *relinquendum*.

5. Analice las estructuras que encuentre subrayadas en el texto.

BELLEROPHON I⁹

Bellerophon fuit vir audax et fortis, qui in Graecia habitabat; rex autem, qui ei invidabat eumque interficere constituerat, ad regiam eum vocavit et «omnium virorum», inquit, «qui in urbe habitant, validissimus mihi videris esse. Chimaeram igitur, saevissimum illud animal quod campos nostros infestat, pete et armis tuis occide!»

Bellerophon igitur, cum haec audivisset, tristis et maestus a regia ad Polydum, callidum virum, abiit, ut eius consilium peteret. Qui quidem, re audita, ei suasit ut ad deae Minervae templum nocte silenti iret, ibique prope deae signum dormiret. Bellerophon, postquam gratias Polydo egit, sole occidente domo exiit, ut Minervae templum peteret; quo cum ingressus esset, ad signum accessit, sub quo recumbens dormivit.

In somnis vero dea Minerva ei dormienti apparuit, quae «O Bellerophon» inquit, «ecce: aureum frenum tibi do; quaere igitur Pegasus, equum qui alas habet et volare potest tamquam magna quaedam avis». Haec cum dixisset, abiit.

Mane Bellerophon, cum oculos aperuisset, aureum illud frenum, quod in somnis dea ei dederat, conspexit; quo sumpto, e templo exiit, ut Pegasus, equum illum alatum quaereret. Diu autem frustra in silvis, collibus, campis et agris erravit, neque equum illum invenire potuit; tandem vero, cum fontem petivisset, quem silvae cingebant, inter densas arbores se occultavit ibique mansit sperans Pegasus ad illum fontem ut biberet, venturum esse.

Postquam diu ita exspectavit, Pegasus in caelo apparuit, equus magnus et pulcher, qui ut aquila in orbem supra fontem volabat; cum autem de caelo descendisset, ad fontem appropinquavit, unde frigidam aquam bibit; cum igitur bibisset, in campo errabat ut herbam carptam esset. Subito vero Bellerophon e silvis proximis excurrens, impetu in Pegasus facto, cuius capiti aureum frenum inseruit, in equi tergum ascendit; cum autem ibi consedisset, Pegasus e terra evolavit atque «Quid vis» inquit, «domine?» Cui Bellerophon respondit se Chimaeram, saevissimum animal, interficere velle.

1. Traduzca el texto.

2. Defina en latín los términos siguientes: *Bellerophon*, *Chimaera*, *Pegasus*, *Minerva*.

3. Responda en latín a las preguntas siguientes:

3.1. *Qua de causa rex ad regiam Bellerophontem vocavit?*

3.2. *Cur ille ad Polydum abiit?*

3.3. *Quid Polydus ei suasit?*

3.4. *Quis ei dormienti apparuit?*

3.5. *Quid dea ei dedit?*

3.6. *Ubi ille Pegasus quaerere debebat?*

4. Traduzca las siguientes formas verbales: *occide*, *peteret*, *audioisset*, *egit*, *occidens*, *sumpto*, *sperans*.

5. Analice las estructuras que encuentre subrayadas en el texto.

⁹ Los textos de *Bellerophon I* y *II* provienen del *Ad capitulum XXXIII.2*, *Bellerophon*, de las *Fabulae Syrae*, págs. 99-101.

BELLEROPHON II

Postquam diu Pegasus volavit, tandem Bellerophon, qui eius dorso insidebat, ex alto aere despiciens, Chimaeram, monstrum horrendum (cui duo erant capita, quorum alterum leonis, alterum vero capri; cauda autem draconis), conspexit, quod crudelissimum videbatur esse flammisque ex ore exspirabat. Nullo tamen metu turbatus, Bellerophon, fortissimus adulescens, acutam sagittam e pharetra sua sumptam misit, qua ferocissimum illud animal traiecit. Quamquam vero, postquam primam emisit, multis aliis sagittis Chimaeram vulneravit, Bellerophon eam interficere non poterat; longam igitur hastam, cuius in extrema parte plumbum addiderat, magna vi in bestiae os iniecit; cum vero ignis calore, qui ex ore emittebatur, plumbum mollium esset, horrenda illa fera, ustis visceribus, inter maximos dolores mortua est et humi iacuit.

Cum igitur Bellerophon saevum illud animal mortuum vidisset, ad regem redire constituit, ut ei Chimaeram necatam esse nuntiaret. Pegasus ergo, trans mare tamquam magna avis volans, dominum in dorso suo sedentem ad regiam reduxit. Quo cum pervenisset, Bellerophon regem adiit et «O rex», inquit, «Chimaera, quam tu necari iusseras, mortua est. Ego vero, qui hac nece me fortissimum virum esse monstravi, filiam tuam in matrimonium nunc ducere volo». Rex igitur, cum vidisset se tanto viro resistere non posse, filiam suam formosissimam in matrimonium dedit.

Cum autem pulcherrimam uxorem, amplum regnum magnasque divitias haberet, mox Bellerophon tam superbus factus est, ut inter deos immortales vivere vellet. Ascendit igitur in equum et «O Pegase», inquit, «ad summum Olympum vola: ibi enim, inter deos beatos, habitare cupio». Pegasus, cum haec domini verba audivisset, statim sursum e regia evolavit. Cum vero Iuppiter de nubibus despiciens eos ad montem Olympum appropinquantes videret, iratus propter Bellerophontis superbiam, muscam de caelo misit, quae in equo considens eum momordit. Pegasus igitur, cum muscae morsum sensisset, ob dolorem se ita concussit ut dominum de caelo ad terram deiecerit. Bellerophon autem, quamquam ex alto loco cecidit, non mortuus est, sed, claudus et caecus factus, reliquam vitam misere egit. Sic eius superbia punita est.

1. Traduzca el texto.
2. Defina en latín los términos siguientes: *Olympus*, *uxor*, *musca*, *superbia*.
3. Responda en latín a las preguntas siguientes:
 - 3.1. *Quomodo Chimaera interfecta est?*
 - 3.2. *Quid fecit rex quando cognovit Bellerophontem Chimaeram necavisse?*
 - 3.3. *Quomodo erat viri uxor?*
 - 3.4. *Qua de causa credis illum virum inter deos vivere velle?*
 - 3.5. *Quomodo Iuppiter prohibuit ut Bellerophon ad montem Olympum appropinquaret?*
 - 3.6. *Qua de causa Bellerophon claudus et caecus factus est?*
4. Traduzca las siguientes formas verbales: *velle*, *necari*, *addiderat*, *emittebatur*, *mollium*, *mortua est*, *ustis*.
5. Analice las estructuras que encuentre subrayadas en el texto.

FABULA DE ATALANTA I¹⁰

Fuit olim pulcherrima puella, nomine Atalanta, cui plurimi viri, qui eam ita amabant ut uxorem ducere vellent, multa et pretiosissima dona ex variis orbis terrarum partibus ferre solebant. Atalanta autem nullum ex illis viris amabat nec dona eorum accipere volebat; qui vero, cupidi eam uxorem ducendi, iterum iterumque salutatum adibant eiusque pulchritudinem verbis magnificis laudabant. Hoc igitur consilium eos dimittendi causa excogitavit: viros omnes, qui eam uxorem petebant, ad cenam apud se vocavit.

Postquam omnes adfuerunt, servi vinum in pocula fuderunt, quod viri, qui parati erant ad audiendum, cupide biberunt. Dum vero cibum in mensa appositum sumunt, Atalanta «O viri», inquit, «usque ad hunc diem nullum maritum habere volui, neque quisquam efficere potuit ut me uxorem duceret nolentem. Non ignoratis tamen me tam celerem esse in currendo ut nemo umquam me currentem adhuc consequi posset. Si igitur me in matrimonium ducere cupitis, parati estote ad currendum: ita currite ut me vincatis, si potestis! Sin vero ipsa vincam, continuo faciam ut interficiamini!».

Haec verba locuta, servos arcessivit, qui locum ad currendum idoneum ostenderunt, cuius in ultima parte duo saxa magna posuerant. Omnes valde timebant: nam, etsi bene artem currendi didicerant, sciebant Atalantam vento celerius currere, neque facile vinci posse; eius tamen pulchritudine capti, ac sperantes se, diis adiuvantibus, eam uxorem ducturos esse, quamquam perterriti, currendo vincere conari voluerunt.

Sedebat haud procul ab eo loco atque forte, ab alto colle prospiciens, viros illos ad currendum paratos spectabat adulescens nomine Hippomenes, qui, cupidus eos propius aspiciendi, sine mora ad campum accessit quo omnes currendi causa convenerant.

Postquam autem audivit complures ex illis adolescentibus ad mortem certam ire, «Nimis magnum» inquit, «est huius amoris pretium! Temerarii mihi hi omnes iuvenes videntur esse, si vera sunt, quae de Atalantae celeritate narrantur!»

Cum primum vero pulcherrimam puellae faciem et formosissimum corpus, posita veste, vidit, tam multum eam amare coepit, ut speraret neminem currendo eam consequi posse: ipse enim volebat eius coniunx fieri: nam ei pulcherrima esse videbatur omnium feminarum, quas umquam viderat.

1. Traduzca el texto.

2. Traduzca al latín las frases siguientes:

2.1. *Atalanta era una muchacha muy bella, a la que los hombres, deseosos de convertirla en su esposa, le solían traer regalos muy valiosos.*

2.2. *Hasta ahora no quiso tomar marido ni nadie pudo convertirla en su esposa.*

2.3. *Todos sabéis que yo soy tan veloz corriendo que nadie puede alcanzarme.*

3. Responda en latín a las preguntas siguientes:

3.1. *Quae erat Atalanta?*

3.2. *Qua de causa plurimi viri pretiosissima dona ei ferebant?*

¹⁰ El texto de *Fabula de Atalanta* I y II proviene de *Ad capitulum XXVIII.1, Atalanta*, de las *Fabulae Syrae*, págs. 23-26.

- 3.3. *Quod consilium eos dimittendi causa excogitavit?*
- 3.4. *Qua re praecelebat Atalanta?*
- 3.5. *Qua de causa viri illi perterriti erant?*
- 3.6. *Quis erat Hippomenes?*
- 3.7. *Cur is sperabat neminem currendo eam consequi posse?*
4. Analice y traduzca las siguientes formas verbales: *vellent, accipere, ducendi, salutatum, adibant, biberunt, volui, consequi, posset*.
5. Haga el análisis sintáctico de las estructuras subrayadas.

FABULA DE ATALANTA II

Postquam servus tuba signum proficiscendi dedit, omnes celeriter currere coeperunt: ante omnes, sagitta celerior, currebat Atalanta; ceteri vero, conati eam consequi atque per longum spatium secuti, tandem ita currendo fessi fuerunt, ut alius post alium consistere et victos se esse faterentur: ex iis complures multis cum lacrimis maerebant; nam sciebant se ad certam mortem missum iri.

Atalanta interea tam celeriter cucurrit ad metam, quo prima pervenit, ut alae in pedibus eius esse viderentur. Eius caput corona cingitur; victi sine mora interficiuntur. At quamquam ii ad horrendam necem missi erant, Hippomenes sine timore mortis in conspectum puellae venit et «Cur» inquit «facilem gloriam quaeris vincendo debiles viros? Me vincere conare! Si victor ero, non dolebis quod a tanto tamque forti viro superaris».

Eum haec dicentem Atalanta intuebatur: quae, cum primum eum conspexit, a tam pulchro adolescente se victum iri speravit et «Qui deus» inquit «tam saeve cupit istum perdere, ut eum cogat me uxorem petere vitae periculo? Discede dum potes, puer, et vitam serva! Omnes puellae cupient te maritum habere! Cur tamen si de tua morte cogito animus meus ita turbatur, tot viris iam ante occisis? Ah, miser Hippomene! Dignus eras vita. Unus eras, cuius uxor fieri poteram!»

Ita loquebatur, nec intellegebat se illum puerum iam amare coepisse. Et igitur persuadere conabatur, ne temerarius esset neve vitam amitteret.

Hippomenes igitur Venerem, amoris deam, invocavit et Venus eum audivit; sine mora igitur ad auxilium ferendum descendit ex Olympo et ad Hippomenem accessit. Cui dea tria mala aurea dedit et «Hic sunt» inquit «tria aurea mala. Dum curris, iace primum malum, deinde alterum, postremo tertium. Noli timere! Ego, Venus, tibi auxilium feram!»

Tubae signum dederunt: Atalanta et Hippomenes tam velociter currere coeperunt, ut eorum pedes vix terram tangere viderentur. Cives clamabant: «Nunc, nunc, propera, Hippomene! Pelle moras: vinces!». Tum Hippomenes unum e tribus malis prompsit et iecit. Puella ita mirata est, ut, cupida aureum malum sumendi, brevem moram faceret. Hippomenes eam praeteriit; at illa post brevem moram iterum puerum post terga reliquit. Qui rursus malum iecit; puella autem, ut illud tolleret iterum brevi constitit; continuo vero Hippomenen consecuta est.

Postrema cursus pars restabat; Hippomenes «Nunc» ait «adiuva me, o Venus, quae haec mihi dona dedisti!» et tertium iecit malum. Puella dubitare visa est; at postea constitit malum capiendi causa: Hippomenes ad metam cucurrit, quam primus consecutus est. Victor non modo vitam servavit, sed etiam Atalantam uxorem ducere potuit.

1. Traduzca el texto.

2. Traduzca al latín las frases siguientes:

2.1. *Los esclavos dieron la señal con la trompeta y los hombres, más rápidos que las flechas, trataban de alcanzarla.*

2.2. *Buscas una gloria fácil venciendo a hombres no tan valientes como yo.*

2.3. *Hipómenes pidió ayuda a Venus y la diosa descendió del Olimpo con tres manzanas de oro.*

3. Responda en latín a las preguntas siguientes:

3.1. *Quae erat Venus?*

3.2. *Qua de causa in fabula dicitur alas in pedibus puellae esse videri?*

3.3. *Quomodo dea Venus puero auxilium tulit?*

3.4. *Quomodo puer puellam in currendo vicit?*

3.5. *Quid evenit postquam Hippomenes primus ad metam pervenit?*

4. Analice y traduzca las formas verbales siguientes: *proficiscendi, consequi, missum iri, faterentur, vincendo, cingitur, interficiuntur, ero, discede, occisis, noli timere.*

5. Haga el análisis sintáctico de las estructuras subrayadas que aparecen en el texto.

PIUS AENEAS I¹¹

Ea quae secuta est hieme Troiani profugi sub monte Ida classem viginti navium aedificaverunt. Prima aestate pater Anchises naves deducere et ventis vela dare iubebat, atque Aeneas cum sociis filioque et dis Penatibus litora patriae reliquit et campos ubi Troia fuit.

Primum in Thraciam vecti sunt ibique in litore curvo novam urbem condere volebant.

Rex Thraciae amicus et socius fuerat Troianorum dum fortuna fuit. Itaque Priamus, cum suas res desperaret, filium suum Polydorum in Thraciam miserat cum magno auri pondere. Sed rex ille infidus, cum fortunam Troianorum recedere videret, contra ius fasque Polydorum obtruncavit et auro vi potitus est. Quod cum Troiani profugi cognovissent, cito e terra scelerata excedere constituerunt. Ergo ubi primum ventus secundus fuit, iterum in altum provecti sunt.

In medio mari Aegaeo est insula Apollini sacra, nomine Delos. Haec insula Troianos fessos tuto portu recepit, ibique deus Apollo, quem pius Aeneas in vetere templo adorabat, novam terram Troianis et posteris eorum pollicitus erat.

1. Traduzca el texto.

2. Defina en latín: *Anchises, Aeneas, Penates, Thracia, Polydorus, Delos*.

3. Traduzca al latín:

3.1. *El invierno siguiente los troyanos fugitivos construyeron una flota en la cual se dirigieron a Tracia.*

3.2. *Aunque (=quamquam) el rey de Tracia era amigo de los troyanos, este rey traidor mató a Polidoro, el hijo del rey Príamo, que había venido con una gran cantidad de oro.*

3.3. *Cuando los troyanos supieron que el rey de Tracia había matado a Polidoro salieron de aquella tierra.*

3.4. *La isla de Delos, consagrada a Apolo, recibió a los troyanos en su puerto cuando estaban cansados.*

4. Traduzca: *secuta est, deducere, vecti sunt, videret, potitus est*.

¹¹ Los textos de *Pius Aeneas* I a VI provienen del cap. XXXVIII del volumen de *Roma Aeterna*, págs. 44-52.

PIUS AENEAS II

Delo relictam Cretam petiverunt, cuius insulae magna pars ab incolis deserta erat. Navibus in litus subductis, iuvenes Troiani iam novam urbem aedificabant et arva nova colebant, cum foeda pestilentia homines miseros afficere coepit, et simul sol flagrans agros siccos adeo torrebat ut nec herbam nec frumentum ferre possent.

Cum omnes his malis perturbarentur, di Penates, quos Aeneas secum Troia extulerat, noctu in somnis ei visi sunt ante lectum adstare in lumine lunae plenae atque his dictis consolari: «Nos qui te, Dardania incensa, per mare tumidum secuti sumus, nos iidem posteros tuos in caelum tollemus imperiumque urbi eorum dabimus. Tu longum fugae laborem ne recusaveris! Rursus mutanda est sedes, non licet tibi in hac terra considerare. Est terra antiqua quam Graii 'Hesperiam', incolae ipsi 'Italiam' dicunt. Ea nobis sedes propria est, illam terram quaere! Age, surge et haec dicta laetus refer parenti tuo!»

Hoc somnio et voce divina stupefactus Aeneas e lecto se corripuit manusque ad caelum tendens deos precatus est. Quo facto patrem suum de re certiore fecit, qui sine mora terram illam longinquam quaerendam esse censuit. Troiani igitur, paucis relictis, hanc quoque sedem deseruerunt et rursus vastum aequor classe percurrebant.

1. Traduzca el texto.

2. Traduzca al latín:

2.1. *Dejada la isla, se dirigieron a Creta, donde los jóvenes edificaron una nueva ciudad y cultivaron los nuevos campos.*

2.2. *Eneas vio en sueños a los dioses Penates, los cuales estaban de pie delante de su cama a la luz de la luna y le dijeron que debía cambiar de nuevo de emplazamiento (=sedes, is).*

2.3. *Busca contento esa antigua tierra que los italianos llaman en su lengua Italia, mientras que los griegos la llaman Hesperia.*

2.4. *Tendiendo las manos al cielo y rogando a los dioses, el padre de Eneas ordenó a los troyanos que, dejados unos pocos, abandonararan aquellas tierras.*

3. Traduzca: *deserta erat, possent, perturbarentur, extulerat, mutanda est, ne recusaveritis, refer, tendens, precatus est, quaerendam esse.*

PIUS AENEAS III

Postquam in altum provectae sunt naves nec iam ullae terrae apparebant, nimbus repentinus solem occultavit imbrem tempestatemque afferens. Continuo magni fluctus surgunt et naves per mare vastum iactantur. Palinurus, optimus gubernator, rectum cursum tenere non poterat neque diem noctemque discernere, cum nec sol interdiu nec stellae noctu apparerent. Tres dies totidemque noctes naves caecae errabant, quoad quarto die in litora Strophadum delatae sunt. (Strophades dicuntur duae parvae insulae in mari Ionio sitae). Inde pulsati ab Harpyiis, monstris foedissimis quibus corpora volucrum, vultus virginum sunt, ad septentrionales cursum tenuerunt. Notus vela implebat, naves celeriter per undas vehebantur quo ventus ferebat. Iam in medio mari apparebant insulae arduae Zacynthos Sameque et Ithaca, regnum et patria Ulixis; mox etiam cernebatur Leucata, insulae Leucadiae promunturium nautis metuendum, in quo templum Apollinis situm est. Hunc locum Troiani fessi petiverunt. In terram egressi Iovi sacrificaverunt, atque Aeneas clipeum, quem cuidam hosti ademerat, ad fores templi fixit et hunc versum inscripsit:

AENEAS HAEC DE DANAIIS VICTORIBUS ARMA.

Tum socios portum linquere iussit, ac naves ab insula Leucadia praeter litora Epiri vectae protinus ad portum Buthroti urbis accesserunt.

Hic fama incredibilis iis allata est: Helenum, Priami filium, regno Epiri potitum esse atque Andromachen, viduam Hectoris, uxorem duxisse! Hac fama stupefactus Aeneas, cum a viro ipso certior fieri cuperet, classe in portu relicta ad urbem progrediebatur. Sed ante urbem Andromachen invenit, quae in luco sacrificabat Manesque Hectoris invocabat ad tumulum et duas aras quas ibi sacraverat.

1. Traduzca el texto.

2. Traduzca al latín:

2.1. *Ocultado el sol por una nube repentina y surgida una tormenta, el timonel Palinuro no pudo mantener fijo el rumbo por las grandes olas que se levantaron.*

2.2. *Al cuarto día llegaron a las islas Estrófades, dos islas pequeñas situadas en el mar Jonio, de donde fueron expulsados por unos monstruos que tenían el cuerpo de ave y la cara de mujer joven.*

2.3. *Eneas, sorprendido por la noticia, tras dejar la flota en el puerto, se dirigió él mismo a la ciudad, para informarse por el propio Heleno, el hijo de Príamo.*

3. Defina los términos siguientes: *Helenus, Andromache, Epirus, Harpyiae, Ithaca, Ulixes.*

4. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Qua de causa naves per mare vastum iactantur?*

4.2. *Unde Troiani ab Harpyiis pulsati sunt?*

4.3. *Ubi erat situm templum Apollinis? Cur censes id illic aedificatum esse?*

4.4. *Qua de causa credis Aenean versum in clipeo inscripsisse?*

4.5. *Quae fama Troianis allata est?*

4.6. *Quomodo vocabatur haec urbs quo ipse Aeneas progrediebatur?*

5. Traduzca: *afferens, discernere, pulsati, situm est, petiverunt, ademerat, accenserunt, potitum esse, duxisse.*

PIUS AENEAS IV

Ut Aeneam conspexit venientem et arma Troiana agnovit, re incredibili exterrita palluit animusque eam reliquit; labitur et post longum tempus tandem «Nate dea, vivisne?» inquit, «aut, si a mortuis revenis, dic mihi: Hector ubi est?» lacrimasque effudit et omnem locum clamore implevit. Aeneas turbatus paucis respondit: «Vivo equidem vitamque per maxima pericula servo. Ne dubitaveris! Sed quae fortuna te revisit, Hectoris Andromache?» Illa vultum demisit et parva voce locuta est: «se et Helenum Troia capta a Pyrrho in Epirum abductos esse; postea vero, cum Pyrrhus interfectus esset ob Oreste, Agamemnonis filio, Helenum Chaonia, parte Epiri extrema, potitum esse et se uxorem duxisse».

Dum haec narrat itemque de casu Aeneae et Ascanii pueri quaerit, ex urbe venit Helenus cum multis comitibus, qui cives suos laetus agnoscit eosque in urbem ad convivium magnificum invitat.

Priusquam inde digressus est, Aeneas a rege Heleno, qui divina mente numina Phoebi sentiebat, quaesivit quae pericula sibi vitanda essent. Ille, immolatis ex more iuvenis, Aeneam ad Phoebi templum manu duxit, deinde divino ex ore haec fatus est: «Nate dea! Pauca tibi dicam, nam cetera fari vetat Iuno. Italia, quam tu iam propinquam esse reris, longo cursu abs te dividitur: prius circum Siciliam tibi navigandum est quam in illa terra urbem condere poteris. Haec Italiae litora quae nobis proxima sunt, effuge: cuncta oppida a malis Graecis habitantur. Sed ubi ventus ad oram Siculam te advexerit et fretum angustum a dextra patebit, laevam pete! Nam illud fretum duo monstra horrenda tenent, latus dextrum Scylla, laevum Charybdis, quae in imo gurgite latens raptas naves vastis fluctibus mergit; at Scylla, cui caput et pectus est virginis, venter lupi, cauda delphini, ex antro suo obscuro naves in saxa trahit. Praestat totam Siciliam longo cursu circumire quam semel Scyllam informem videre et saxa illa resonantia experiri. Praeterea hoc unum ante omnia te moneo: semper Iunonem primam adora atque illi deae potenti maxima sacrificia fac! Sic denique, Sicilia relicta, tutus in Italiam pervenies. Haec sunt quae mea voce licet te monere. Age, vade, et factis tuis Troiam ad caelum tolle!»

Quae postquam Helenus vates divino ore fatus est, dona magnifica ad naves ferri iussit. Item Andromache Ascanio vestem pretiosam, quam suis manibus confecerat, donavit.

1. Traduzca el texto.

2. Traduzca al latín:

2.1. *Cuando vio a Eneas venir, la reina palideció aterrorizada, derramó lágrimas y llenó todo el lugar con sus gritos, antes de, perturbada, responder pocas cosas.*

2.2. *Eneas preguntó al rey Heleno qué peligros debía evitar. Él le respondió que aquel estrecho debía ser evitado por él, porque lo ocupaban dos monstruos horribles, el lado derecho Escila, el izquierdo Caribdis.*

2.3. *Una vez que habló con su boca divina regaló a Ascanio unas ropas que Andrómaca había hecho con sus manos y unos magníficos presentes para las naves de los troyanos.*

3. Defina los términos siguientes: *Sicilia, Scylla, Helenus, Charybdis, Phoebus, Ascanius, Pyrrhus, Chaonia.*

4. Traduzca: *venientem, exterritus, dubitaveris, abductos esse, potitum esse, duxisse, vitanda essent, navigandum est, pervenies, tolle.*

PIUS AENEAS V

Eo die Troiani iuxta Ceraunia promunturium vecti sunt, unde cursus brevissimus est in Italiam. Post solis occasum in litus egressi sunt et fessi somno se dederunt; sed media nocte Palinurus, cum ventum secundum caelumque serenum videret, signum proficiscendi dedit.

Iam aurora ab oriente rubebat, cum procul humiles colles apparuerunt. «Italia!» primus exclamat Achates, atque socii omnes laeto clamore Italiam salutant. Tum pater Anchises magnam pateram mero implevit atque in celsa puppi stans deos invocavit:

*Di maris et terrae tempestatumque potentes,
ferte viam vento facilem et spirate secundi!*

Iam velis plenis Italiae litori appropinquabant, templumque Minervae in arce apparebat. Neque vero in terra illa Graecorum morati sunt, sed Iunoni sacrificiis factis praeter litora Italiae ad Siciliam versus navigaverunt.

Mox procul cernebatur mons Aetna, et simul a dextra audiebatur fragor quem saxa fluctibus pulsata edebant, atque in infima voragine apparebat fundus maris. «Nimirum haec est illa Charybdis» inquit Anchises, «Hos scopulos, haec saxa horrenda Helenus memorabat. O socii, eripite nos e periculo!» Primus Palinurus proram ad laevam vertit, et cuncta classis remis ventisque laevam petivit.

Inde, postquam sol occidit, fessi et ignari viae ad oram Cyclopum advecti sunt. Iuxta haec loca surgit Aetna, mons ingens, unde fumus flammaeque ad caelum eduntur, interdum etiam saxa lapidesque cum fragore horribili ab imo fundo emittuntur. Totam illam noctem Troiani perterriti in silvis latuerunt, cum causam tanti fragoris ignorarent.

Postero die paulo ante solis ortum vir ignotus extrema fame confectus e silvis processit atque supplex manus ad litus extendit; barbam horrentem gerebat et sordidam scissamque vestem —at Graecus erat, quondam armatus adversus Troiam missus. Ubi vestimenta et arma Troiana procul agnovit, paulum exterritus restitit, sed mox ad litus se contulit cum fletu precibusque: «Per deos superos vos oro, Teucri, hinc tollite me! In quascumque terras abducite! Hoc satis est! Fateor me cum ceteris Graecis Ilium bello petivisse, quam ob rem, si tantum est scelus meum, iacite me in fluctus!: *Si pereo, hominum manibus periisse iuvabit!*

1. Traduzca el texto.

2. Traduzca al latín:

2.1. Después de desembarcar los troyanos en la costa y entregarse al sueño, a media noche el jefe de éstos les dio a sus compañeros la señal de partida.

2.2. No se quedaron en aquella tierra de griegos, donde existía un templo de Minerva, puesto que el recorrido hasta Italia era muy corto.

2.3. El monte Etna se levanta enorme en la costa de los cíclopes, de donde a veces se arrojan al cielo humo, llamas y piedras con un estruendo horrible.

2.4. Al día siguiente se vio en mitad de la selva un griego desconocido, consumido por un hambre atroz, con una barba erizada y la ropa sucia y rota, que en otro tiempo fue enviado contra Troya.

3. Defina los términos siguientes: *Ceraunia, Palinurus, Anchises, Aetna, Cyclopes.*
4. Responda en latín a las preguntas siguientes:
 - 4.1. *Quando Palinurus signum proficiscendi dedit?*
 - 4.2. *Quid fecit pater Anchises postquam ante oculos Troianorum Italia apparuit?*
 - 4.3. *Qui essent dii maris tempestatumque?*
 - 4.4. *Ubi situm erat templum Minervae?*
 - 4.5. *Ubi inveniebatur Charybdis?*
 - 4.6. *Qui habitabant insula ubi surgebatur mons Aetna?*
 - 4.7. *Qua de causa ab imo fundo montis emittebantur saxa et lapides?*
 - 4.8. *Qui e silvis exiit supplex?*
5. Traduzca: *vecti erant, proficiscendi, apparuerunt, ferte, morati erunt, factis, audiremur, petiverunt, eduntur, confectus, restiterant, tollite, petivisse, iuvabit.*